BSB Bayerische StaatsBibliothek | Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Porphyrius / Holste, Lukas / Goens, Rijklof Michaël van

Porphyriu Peri tu en tē Odysseia tōn nymphōn antru

Trajectum 1765

Signatur: 4 A.gr.b. 1192#Beibd.1

Nutzungsbedingungen

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen:

1. Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt.
2. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor.
3. Nennen Sie die Bayerische Staatsbibliothek als Eigentümerin der Vorlage.
4. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z. B. Urheberrechten, verantwortlich.

Usage Guidelines

Please observe the following usage guidelines:

1. The files are provided for personal, non-commercial purposes only.
2. Refrain from automated querying.
3. Attribute ownership of the original to the Bavarian State Library.
4. In using the files, it is your own responsibility to observe the rights of third parties, e. g. copyright regulations.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗι ΟΔΥΣΣΕΙΑι

ΤΩΝ ΝΥΜΦΩΝ ΑΝΤΡΟΥ.

PORPHYRIVS

DE

ANTRO NYMPHARVM.

Græce cum Latina L. HOLSTENII *verſione.*

Græca ad fidem editionum reſtituit,

Verſionem C. GESNERI, & Animadverſiones ſuas adjecit

R. M. VAN GOENS *Trajectinus.*

Præmiſſa eſt

DISSERTATIO HOMERICA

AD PORPHYRIVM.

TRAIECTI ad RHENVM

Sumptibus ABRAHAMI v. PADDENBVRG, Bibliopolæ,

MDCCLXV.

10216336

10216336

CELSISSIMO. PRINCIPI.

GULIELMO. V.

PRINCIPI. ARAVSIONENSI.

ET. NASSAVIO.

COMITI. *IN.* CAT-ZENELLEBOGEN. VIANDEN. DIETS. SPIEGELBERG. BVVREN. LEERDAM. *ET.* CVYLENBVRG. MARCHIONI. VERÆ. *ET.* FLESSINGÆ. BARONI. *IN.* BREDA. BEILSTEIN. URBEM. GRAVE. *ET. TERRAM.* CVYCK. YSSELSTEYN. KRANENDONK. EYNDHOVEN. *ET.* LIESVELD. DOMINO. *IN.* BREDENVOORD. TVRNHOVT. S. GEERTRVDÆBERG. WILLEMSTAD. DE KLVNDERT. S. MARTINIDYK. ZEVENBERGEN. SVPERIOREM *ET* INFERIOREM ZWALVWE. STEENBERGEN. NAALDWYK. DIEST. GRIMBERGEN. HERSTAL. S. VITH. ARLAY. NOSEROY. BVRGENBACH. DAASBVRG. *ET.* WARNETON. LIBERO. DOMINO. *IN.* MONSTER. TER HEYDE. POELDYK. HALFLOOSDVYNEN. *ET.* DITIONES. DE. POLANEN.

DO-

DOMINO. INDEPENDENTI. **INSVLÆ. AMELAND.** BVRG-GRAVIO. HEREDITARIO. **ANTVERPIÆ. ET. VESONTIONIS.** EQVITI. **ORDINIS. DICTI. DE. KOVSSEBAND.**

GVBERNATORI. HEREDITARIO.

ET. COPIARVM. *BELGII. FOEDERATI.*

ÆQVE. TERRESTRIVM. AC. MARITIMARVM. *DVCI.*

SVPREMO.

ETC. ETC. ETC.

CIVIVM. SPEI.

PATRIÆ. FVLCRO. ET. PRÆSIDIO.

DVLCI. BONARVM. ARTIVM. DECORI.

BONORVM. OMNIVM. DELICIIS.

FELICITATIS. TEMPORVM.

AVSPICI

PIO. FELICI. AVGVSTO.

CEL-

CELSISSIME PRINCEPS

Patere auſpiciis **TVIS** *tenuem tenuis auctoris emitti conatum, quique hoc ſolo nomine commendabitur, quod præſidio* **TVO** *& tutela auguſtiſſima munitus prodierit.*

DEDICATIO.

Neque enim ea opellæ noſtræ eſt dignitas, ut quidquam habeat, quod in ſe ſpectatum TIBI *mereatur obferri, aut* TIBI *gratum eſſe poſſit. Aliæ ſunt cauſſæ,* PRINCEPS SERENISSIME, *quæ, quidquid patria noſtra profert laborum, ſive ingenii fuerit ſive operæ,* TIBI *unice deberi clamant.*

Reſpiciamus præſentem Reipublicæ noſtræ conditionem: facile adparebit, quibus potiſſimum otii nobis facti ratio ſit reddenda.

Nonne hæc omnia lætiſſimæ, qua perfruimur, Pacis ſunt bona? Quod agricola fundum hilaris

colat, quod primitias fertilis agelli lætus colligat: quod egenus liberalitate divitis munifici ſuſtentetur: quod miſer ipſe miſer non ſit: nonne omne id pacatiſſima patriæ noſtræ conditio facit?

Paci ſociam addamus Libertatem. Utraque tranquillitatis, utraque fœcunditatis, felicitatis omnis utraque nobis ſuprema atque unica eſt cauſſa.

Tuto & tranquille bonis noſtris uti nos poſſe, Paci debemus. Libertas facit, ita poſſe uti, ut non de præſenti ſolumre, ſed & futura ſecundum Leges certi ſimus.

Pa-

DEDICATIO.

Pax ſapientibus viris liberum meditandi otium permittit. Libertatis donum eſt, publice opiniones ſuas profiteri ut liceat. Illa facit, ut ipſi ſapientiæ incrementa capiamus; hæc, ut fructum ejus aliis impertiamus.

Quæ ſapientiæ eſt ratio, eadem eſt eruditionis. Deferbuit belli furor: ſilent arma; Statim Literator in Muſeum ſecedit: tutus & tranquillus per monumenta antiquitatis & veterum libros vagatur: totum ſe deliciis ſuis tradit; Non illum patriæ ſuæ cura, non belli metus inminentis, non hoſtium minæ, non populi movet indignatio. Paci hæc debet. At & aliis pro-

DEDICATIO.

prodeſſe cupit; Inde, quæ meditatus eſt, publico examini ſubjicit: Eodem jure etiam erga alios utitur. En Libertatem.

Libertas Aurea! quanta & quot non bona mortalibus elargiris? At quanto tamen beatior is populus, cui tranquillum Libertatis uſum certa ac diuturna Pax concedit; quem ambæ quaſi certatim ad ſummum felicitatis culmen evehere ſtudent.

Nos, quibus invidenda hæc conditio obtigit, agnoſcamus grato animo inmenſam SVPREMI *rerum* ARBITRI *benignitatem: adoremus li-*

ber-

DEDICATIO.

berrimam EIVS *diſpoſitionem: at veneremur* EOS, QVORVM *opera uti voluit, ad tantam felicitatem in nos conferendam.*

Si verum ſit, quod nemo ignorat, DEVM T. O. M., *a primis inde Reipublicæ initiis, patribus noſtris velut præſentem adfuiſſe; quid de* IIS *credendum erit,* QVORVM *ope Libertas nobis & Pax fuit reſtituta:* QVOS *duces Respublica & Gubernatores habuit:* QVIBVS *datum eſt graviſſima pericula, imo mortem ipſam intrepido animo contemnere? Aut cœcutiamus, Cives, aut grati fateamur, divinitus* HOS *ad auxilium opemque nobis ferendam fuiſſe miſſos.*

At-

DEDICATIO.

Atque hæc eſt ILLVSTRISSIMÆ ARAVSIONENSIVM GENTIS *conditio. Obſervemus unicum in hiſtoria exemplum.* EADEM *jugum tyrannicum excutere auſa eſt:* EADEM *patriæ ſuæ libertatem reſtituit:* EADEM *reſtitutam defendit feliciter.*

Quid vero quantumque debemus, aut quæ grati animi monumenta IIS *exhibebimus,* QVI *patriam* SVAM *tantis beneficiis* SIBI *obſtrinxerunt? Signa* ILLIS *erigemus, ac ſtatuas: aut lauros parabimus? Non,* PRINCEPS. *Merita Herôum* ARAVSIONENSIVM *marmori non commendabimus, caduco & pereunti; verum*

DEDICATIO.

animis noſtris inſcribemus æternam EORVM *memoriam.*

TE *gentemque* TVAM *venerabimur:* TIBI *primitias & fructus Libertatis, Pacis, ac ſecuritatis noſtræ, ſtrenarum loco, dicabimus: in* TE *omne honorum cultusque genus lubentes meritum conferemus.*

Jungit his votis populus vota ſua; atque ardenti deſiderio felicem & jam propinquum exſpectat diem: quo TE, *patriæ* TVÆ *tutorem, Unionis noſtræ vindicem, Pacis ac Libertatis ſtatorem, & bonarum Artium ac ſa-*

DEDICATIO.

ſapientiæ patronum, BELGICA VIRGO *ſinu excipiet.*

Faxit benigniſſimum NVMEN, *ut communibus univerſi populi votis feliciter ſatisfiat; Faxit, ut* TIBI *poſterisque* TVIS, *tantumdem detur de Belgio mereri, defenſione adquiſitæ Libertatis: quantum* GVLIELMVS I. & MAVRICIVS B. M. *meruerunt ejus vindicatione. Ita vigeat, floreat* GENS ARAVSIACA: *omnia* IPSI *cedant ex animi ſententia: & auguſtiſſima* EIVS *memoria civibus ſemper ſit cara! Hæc precor.* Trajecti ad Rhenum, Kalendis Octobris A. S. MDCCLXV.

PRÆFATIO

FRANCISCI ASVLANI.

Editioni ejus *Quæſtionum Homericarum* & libelli *de Antro* Venet. 1521. præmiſſa.

FRANCISCVS ASVLANVS LECTORI S.

Minima quæque quo digniora ſunt, eo & majora, & gratiora ab omnibus haberi ſolent. Quod cum multis in rebus manifeſtum videamus: tum vel hoc in libello clarius intueri licet Quippe qui, ut minimus eſt, ita tibi plurimam Lector amate frugem, ac maximos afferet proventus. Hic ille eſt Porphyrius, qui, cum celeberrimos omneis ſuæ ætatis ſapienteis longe excelluerit, mox ab humanioribus raptus camœnis, innumeros divini poëtæ locos, perpaucis hercle, & fortaſſe nemini cognitos, non ſcite minus, quam diſerte aperuit Hunc igitur ex antiquis excerptum exemplaribus, & ſolerti noſtra (ut vides) repurgatum, opera, tibi nunc damus, daturi propediem & Didymum & Ariſtarchum (NB.) & quosquos alios hujusmet Authoris optimos interpretes, ex imis librorum ſepulcris eximere poterimus. Hunc lege interim: & nobis pro tot, quos indies magis arduos exanclamus labores, aliquas (ſi lubet) habe gratias. Sis felix.

PRÆ-

PRÆFATIO
EDITORIS.

Statueram longa TE præfatione morari Lector; ut ſcilicet communi editorum conſuetudini obſequerer. At varia ſunt, quæ ab hoc conſilio me abduxerunt. Maxime illud, quod præfationem ideo ſcribendam arbitrer, ut legatur; & bene novi, verboſa hujusmodi proœmia a paucis legi.

Neque opus eſt, multa, quæ memoriam auctoris mei ſpectent, TEcum diſputare. Luculentiſſima ejus biographia, quam L. HOLSTENIVS (*) dedit, otium nobis hac in re facit. Verbo dicendum eſt de editionibus libelli, quem TIBI exhibemus: Nemo eam rem, quod mireris, accurate tractavit.

Prima omnium & princeps editio Romana eſt, typis luculentiſſimis in Gymnaſio Mediceo edita A. S. MDXVIII. for-

(*) Doctum hoc *L. Holſtenii* opuſculum *de vita & ſcriptis Porphyrii*, primum in editione Romana, quam hic *Rom.* 2. appellamus, fuit editum, dein Cantabrigienſibus typis in ampliſſima operum Porphyrii editione repetitum, demum cura diligentiſſimi viri J. A. Fabricii in Bibliothecam ejus Græcam vol. 4. feceſſit.

forma tertia, ſive octava. Continet hoc volumen nihil, præter *Quæſtiones Homericas* & libellum hunc *de Antro Nympharum*, ſigillatim edita. In fronte ſic legitur.

Πορφυρίου Φιλοσόφου ὁμηρικὰ ζητήματα.
Τοῦ αὐτοῦ πορφυρίου. περὶ τοῦ ἐν ὀδυσσείᾳ τῶν νυμφῶν ἄντρου.

Porphyrii philoſophi Homericarum quæſtionum liber.
Et de Nympharum Antro in Odyſſea: opuſculum.
Leonis decimi Pon Max. beneficio e tenebris eru-
tum. impreſſumque Romæ in gymnaſio Mediceo
ad Caballinum montem. cum Privilegio ut in ceteris.

M. D. XVIII.

in averſa tituli parte Elogium Laſcaris exſtat: mox ipſæ ſequuntur quæſtiones: tum libellus de Antro: omnia absque paginarum numeris. Rariſſima eſt hæc editio, & notatu digna, quod reliquis fere accuratior ſit; At a nemine tamen, qui editiones hujus libelli recenſuerunt, memorata. Unde factum ut notitia ejus Fabricium ipſum, at quantum hujusmodi rerum ſcrutatorem! fugerit. Copiam hujus cimelii ex ampliſſima ſua Bibliotheca cel JO. JAC. SCHVLTENSIVS mihi fecit: Vir, quem videre & admirari, audire & venerari, noſcere & amare, individua ſunt: mihi vero inprimis carus, & parentum loco habendus: cui ſi dicam tantum me debere quantum homo homini poteſt, credat Lector nihil a me dici, quod meritis ejus non perfecte reſpondeat.

Altera editio Veneta eſt A. 1521. vel potius 1528. 8°. ſumtibus *Aldi* & ſoceri ejus *A. Aſulani*; nam una hæc eademque eſt,

eſt, ut mox adparebit. Fabricius duas inde fecit, primam *A. Aſulani* 1521. ſecundam Aldi 1528. at Fabricium verosimile eſt editionem hanc non vidiſſe. Ipſe eam habui e Biblioth. Acad. LBat. neque difficulter adeo cauſſam hujus erroris detexi. Continet autem Collectio, cui inſertus eſt Porphyrii libellus, *Scholia* quæ *minora* appellant *in Iliadem & Odyſſeam*, ac poſt ea *Quæſtiones Homericas* Philoſophi noſtri & *diſſertationem de Antro Nympharum*. In fronte ſic legitur: ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ ΤΕ ΚΑΙ ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙΜΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΑ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΟΔΥΣΣΕΑ. (*Sic*) ALDVS. Titulum ſequitur præfatio *A. Aſulani*, in qua de barbarie primum temporis queritur; mox propriam in inſtaurandis literis operam jactat, editis variis ſcriptoribus: ut Argonauticis Orphei, paullo ante evulgatis, nunc vero Scholiis in Homeri Iliada, quæ laudat. —— Præfationem ſequuntur Scholia ipſa, notatis foliis. In fine nulla typographi mentio. —— Mox ſequuntur *P. quæſtiones HH. & liber de Antro Nympharum*, novo titulo, qui rurſus non anni notam ſed *Aldi* anchoram & nomen præfert. Titulum excipit præfatio *A. Aſulani*, quam modo dedimus: hanc Epigramma Laſcaris, in Porphyrium: illud *Quæſtiones* ipſæ & *libellus de A. N.* omnia absque paginarum numeris. In fine hæc leguntur: *Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ ſoceri* (h. e. *A. Aſulani*) *menſe Majo* MDXXI. Demum in eodem volumine novus occurrit titulus, in quo ita: ΔΙΔΥΜΟΥ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΤΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΟΔΥΣΣΕΙΑΝ ΕΞΗΓΗΣΙΣ. DIDYMI ANTIQVISSIMI AVCTORIS INTERPRETATIO IN ODYSSEAM. Mox ſignum nomenque ALDI, infra: *Ne quis alius, qua Venetorum ditio patet, impune hunc librum inprimat.*

†††

S. V.

S. V. decreto cautum eſt. Titulum excipit brevis iterum præfatio *Aſulani;* præfationem Scholia, paginis ut in Iliade notatis. In fine ita: VENETIIS IN ÆDIBVS ALDI ET ANDREAI (*Sic*) ASVLANI SOCERI MENSE IVNIO. M.D.XXVIII. —— Unde patet editionem hanc, ſi proprie dicas, 2 voll. conſtare; quorum prius A. 1521. poſterius 1528. publicatum fuit; at una tamen eademque eſt editio: & Porphyrii libellus, qui primo volumini ſubjunctus eſt, ſemel adeo *Aldi* & *Aſulani* ſumtibus editus poteſt dici.

Tertia eſt Argentoratenſis A. 1539. 8°. itidem cum *Scholiis minoribus;* hoc titulo, ΌΜΗΡΟΥ ΕΞΗΓΗΤΗΣ. Eandem Fabricius memorat; ſed e Venetis expreſſa videtur & non magni eſt momenti. (*)

Prodierant paullo ante hoc tempus Homeri Opera Baſilëenſibus typis, Græce, adjectis *Scholiis:* A. 1535. Fol. quorum cum cito divendita eſſent exemplaria, auctore magno Jo. Camerario, novam editionem priori ſimilem Baſilëenſes moliti ſunt & A. 1541. in lucem emiſerunt eadem forma; Editio hæc, quam Fabricius non memoravit, locupletata fuit *Quæſtionibus Homericis* philoſophi noſtri & *libello de Antro Nympharum.* Vidi eam & contuli in Bibl. LBat. a F. Junio hic illic in margine notatam. Atque hæc prima eſt Baſilëenſis editio libelli noſtri.

Biennio vero poſt eadem editio novo titulo inſtructa prodiit, Anno quippe 1543. quæ priorem κατα πoδα ſequitur; ac forte titulus ſolum renovatus eſt, & reſiduis aliquot exemplaribus ad-

(*) Memorat eam *C. Gesnerus* quoque in Bibliotheca p. 569. ubi *Porphyrii libellum* editum teſtatur *Argentor.* 1539. *& ſeorſim 4. Romæ aut Florentiæ.* Harum altera procul dubio princeps eſt Romana editio in 8°. edita, non 4°. quod dein etiam a *Simlero* in *Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ* fuit omiſſum.

adpoſitus. Uſum ejus amicitiæ Cel. Viri & præceptoris mei inſigniter de me meriti, Chr. Saxii, acceptum habeo referendum.

Demum quartam Operum Homeri editionem Baſilëenſes dederunt A. 1551. Fol. prioribus neque auctiorem, neque emendatiorem: ſed, ut fit, aliis in locis correctius, aliis vero vitioſius evulgatam, quod idem quoque fatum Porphyrii libellus ſubiit.

Felicior ipſi ſors obtigit ſæculo ſubſequente ſeptimo decimo. Lucas enim Holſtenius, accuratæ vir eruditionis & variis jam ante ſcriptis clarus, dum Vaticanis Codd. evolvendis Romæ occupabatur, conſilium ſumſit *vitam Pythagoræ*, a Philoſopho noſtro ſcriptam, cum aliis ejus opuſculis, *Diſſertationem* puta *de Antro Nympharum* & *Fragmentum de Styge*, denuo recenſere. Prodiit hæc editio Gr. & Lat. Romæ A. 1630. 8°. ſed illam non vidi: neque credo quidquam Holſtenium addidiſſe, quod operæ fuiſſet a me repeti.

Viginti enim & quinque poſt annis, Anno videlicet 1655. Cantabrigienſes, edito Epicteti Enchiridio cum Arriani Commentariis forma 8ª., ſtatuerunt eodem volumine celebriora Porphyrii Opera complecti. Quam in rem luculentiſſimos ejus Commentarios de *Abſtinentia ab animalium eſu*, cum paucis Joannis alicujus Valentini notulis, tum *Vitam Pythagoræ*, *Diſſ. de A. Nympharum*, & *F. de Styge*, ſecundum Romanam Holſtenii editionem typis ſuis repetierunt.

Sub initium vero hujus ſeculi *Joſ. Barneſius*, vir male ſedulus, & in quo nihil laudes præter voluntatem bene de literis merendi, poſtquam conſilium iniiſſet, grandem, qua jam tum eruditus orbis premebatur, inutilium librorum molem nova Homeri editione augere, in limine primi voluminis, quod A. 1711. Cantabrigiæ, forma ſecunda vel quarta

prodiit, opuſcula quædam ad lectionem Homeri ſpectantia & in his Porphyrii etiam de *Antro Nympharum* libellum recudi juſſit. Deeſt in hac editione Latina Holſtenii verſio: alioquin ea ſic ſatis accurate fuit recenſita, & reliquis correctior poteſt haberi.

Hæc de editionibus libelli noſtri: verbum de Codd. ejus MSS. Equidem nullum habui; ſed & nullus exſtat, quod ſciam. Ubi primus exſtiterit Codex, ſecundum quem Romana princeps fuit expreſſa, non dixerim. Sed veroſimile eſt Vaticanum fuiſſe. Reliqui editores primam hanc expreſſiſſe videntur omnes. Solum Conr. Gesnerum in Latina, de qua mox dicemus, verſione alio Codice uſum fuiſſe, crediderim. At nec is verbum de eo dignatus eſt addere. Hoc credo, in ampliſſima Codicum MSS. collectione Scorialenſi, quæ Madriti eſt, MS. exſtare hunc libellum. Eduardus enim Clarkius (*) in brevi, quod dedit, ſpecimine hujus theſauri, etiam Codicem MS. memoravit *Porphyrii de Antro Nympharum*. Certiora tamen ab eruditis Hiſpanis etiam nunc exſpectamus, qui publicato priore Catalogi Bibl. Scorialenſis volumine, ſpem ſecundi etiam fecerunt, quod notitiam Græcorum Codicum continebit.

Supereſt, ut de hac editione pauca Lectori dicam: En ordinem, quem in ea diſponenda ſecutus ſum:

Dedicatio ad GVLIELMVM V. Arauſionenſem & Naſſavium Principem. pag. (III)—(XIII.)
Præfatio A. Aſulani. p. (XIV.)
Præfatio mea. p. (XV.) ſqq.
Diſſertatio Homerica ad Porphyrium ad V A. Nic. ten Hoven. p. I—XXXVI.

Por-

(*) *Edw. Clarke's Letters concerning the Spaniſh Nation p.* 160. (Lond. 1763. 4°.)

Porphyrius de Antro Nympharum Græce, cum Latina L. Holſtenii verſione & variis Lectionibus. p. 1—32.
Indices in Porphyrium: primus Auctorum p. 32.* alter verborum & rerum. p. 32.* & 32.**
Latina libelli Porphyriani verſio a Conr. Gesnero facta. p. 33—48.
Notulæ meæ in præcedentem verſionem. p. 49—52.
Collectanea ad libellum Porphyrii de Antro Nympharum.
Pars prima, quæ eſt Homerica. p. 55. ſpeciatim
Brevis introductio. p. 55. 56.
Locus Homeri. p. 56.
In eundem variæ lectiones. p. 56. 57.
Verſiones loci Homerici metricæ, & quidem
Latina L. Holſtenii. p. 57.
Anglica, Popii. p. 57. 58.
interpretes ejusdem veteres:
Scholia minora. p. 58.
Euſtathii commentatio. p. 58—60.
& recentiores:
Spondanus. p. 60—64.
Barneſius. p. 64. 65.
Mad^e. Dacier. p. 65. 66.
Pope. p. 66—68.
Editor. p. 68. 69.
tum excerpta, quæ eundem locum ſpectant,
e Scaligeri Poëtice. p. 69. 70.
Mottéi Hexaëmero ruſtico. p. 70. 71.
Wowerio de Polymathia. p. 71.

PRAEFATIO.

Sequitur altera Collectaneorum pars, quæ Porphyrium illuſtrat, & continet

excerpta

e Marshami Canone Chronico p. 72. 73.

Petito de Sibylla. p. 73 — 80.

G. Canteri novis Lectionibus p. 80—82.

tum Animadverſiones meas ad libellum Porphyrii de Antro Nympharum. p. 83 — 122.

Agmen claudunt tres Indices: primus criticus. p. 123. 124. alter grammaticus. p. 125. 126. tertius rerum. p. 127. ſq.

Pauca de his ſigillatim dicere habeo. Ac primum Diſſertationem quod adtinet Homericam, in ea id egi, quod e præmiſſa Epiſtola intelligi poteſt, ut rejectis Porphyrii mei nugis, quibus locum Poëtæ tenebris involverat potius quam illuſtraverat, novam Antri Nympharum explicationem proponerem, pulcræque Homeri deſcriptioni quam potui lucem adfunderem. Sed non alienum eſt hic monere, amicum meum cel. Ruhnkenium hac in re nonnihil a me diſſenſiſſe. Credebat is, ἱστὸς Homericos (*) aliter accipiendos eſſe, atque a me accepti fuerant: Videlicet non de *malis navium*, ſed (quod æque vox exprimit) de lignis illis, quibus veteres *telas* adfigebant, quæque ipſæ etiam *telæ* nonnunquam a Latinis appellantur: *ſtamen* enim ἰδιως opus eſt quod texitur. Favet huic opinioni ambigua verborum Poëtæ ratio, ſi de *malis* vocem intelligas; cum enim φαρεων mentio mox ſubſequatur a Nymphis in Antro textorum, duplex των ἱστων ſenſus ipſi videbatur poſtulare, ut non de *malis navium* hi intelligerentur, ſed de inſtrumentis illis textoriis quibus ſtamen adfigitur. Huc ac-

(*) v. Differt. ad Porph. Cap. II. §. 10.

accedit, nullum exſtare diſertum exemplum *malorum* a nautis dedicatorum. Fateor, ſpecioſiſſimam eſſe obſervationem; at ſunt tamen, quæ in contrarium me rapiant. Memoratis enim ὑφασμασι ſeu φαρεσι, *textis* ipſis, ſponte Lector intelligit, ἱστους etiam adfuiſſe, quibus hæc texta poſſent adfigi: alioquin etiam *acus* & *fila* memorari debuiſſent, quod in brevi ejusmodi deſcriptione merito ſupervacuum & abs re haberetur. Contra neceſſarium videri poſſet, aliqua in hoc Antro donaria nautarum inveniri: cum aquis præſiderent hæ Nymphæ, nautæque eo jam tempore, vel pro ſalute navis ſuæ voti loco, vel grati animi pro evitatis naufragii & tempeſtatum periculis documenta, varias navium ſuarum partes Diis marinis vovere & dicare adſueviſſent; ut in Diſſertatione copioſius enarravimus. Videat Lector, utra ipſi opinio magis arrideat. Æque lubens Amici mei ſententiam videbo præferri, quam ſi meam amplexus fuerit: & judicio Lectoris ipſe dein non ægre ſubſcribam. (*)

In

(*) Opportune ſub hæc incidit mihi in manus editio Operum *Procli* Archiepiſc. Cpolit. a *Vinc. Riccardo* Romæ A. 1630. 4°. curata, & luculentiſſimis ejus Commentariis inſtructa. Quoniam liber valde eſt infrequens & paucis notus, licet multa bonæ frugis contineat, non vereor in gratiam Lectoris hic transſcribere, etiamſi longiora, quæ de ἱστοις habentur p. 82. 83. Appellaverat S. Proclus, mirus allegoriarum amator, *matrem Dei* poſt varia alia nomina, etiam τὸν φρικτὸν τῆς οἰκονομίας ΙΣΤΟΝ, ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὑφάνθη ὁ τῆς ἑνώσεως χιτὼν· οὗπερ ἰσουργὸς μὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἔριθος δὲ, ἡ ἐξ ὕψους ἐπισκιάσασα δύναμις· ἔριον δὲ, τὸ ἀρχαῖον τοῦ Ἀδὰμ ῥῴδιον· χρόκη δὲ, ἐκ τῆς παρθένου ἀμόλυντος σὰρξ· κερκὶς δὲ ἡ ἀμέτρητος, τοῦ Φορέσαντος χάρις· κ. τ. λ. *Sacroſanctæ œconomiæ textorium jugum, in quo ineffabili quodam modo unitionis illius tunica confecta eſt; cujus quidem textor exſtitit Spiritus Sanctus; netrix virtus obumbrans ex alto; Lana, vetuſta, villoſaque Adami pellis; trama, impolluta ex Virgine caro; textorius radius, inmenſa geſtantis gratia; artifex vero* &c. Orat. I. in laudem V. Deiparæ p. 60. ad quem locum ſic commentatur *Vinc. Riccardus* Comment. p. 82.

Pag. 60. vs. 26. Ἰσὸς. *Telam* vertit Peltanus, & Interpres Vat. Lat. Impropriè. Quamvis non inficior ἰσὸν *Telam* ſignificare. Iſai. 59. Ἰσὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν. *Telam araneæ texuerunt.* Hic tamen nequit *telam* ſignificare. Subdit enim ἐν ᾧ. Tela autem non eſt ἐν ᾧ, in qua fit veſtis; ſed ἐξ ἧς, ex qua. Præterea enumerat hic S. Proclus omnia inſtrumenta textoris, ad telam con-

PRAEFATIO.

In conſtituendo textu Græco, optimas editionum lectiones ſecutus ſum: nuſpiam vero auctorem meum pro arbitrio in-

conficiendam neceſſaria, & inter ea ἰσὸν. Quocirca puto hic ſignificaſſe, τὸ ἐργαλεῖον ὑφαντικὸν· ut vocabulum exponit hoc Euſtath. in Odyſ. α. à ſimilitudine Mali nautici ſic dictum. Ovid. lib. 6. Metamorphoſ. hoc inſtrumentum appellat *Jugum. Telæ jugo junctæ.* Et affertur a Seneca epiſt. 90. ubi mire artem univerſam explicat. Eſt textorium lignum, jugum, ſeu malum, in quo textoribus convolvitur tela. Pollux lib. 6. Onomaſt. cap. 10. ait, Κίλοντας vocari, τοὺς ἰσόποδας ἰσοῦ, hoc eſt, *Pedes textorii Jugi.* Eurip. Iphig. in Tauris. Οὐδ' ἰσοις ἐν καλλιφθόγγοις Κέρκιδι Παλλάδος ἀτλίδος εἰκὼ Τιτάνων ποικίλλουσα. *Nec Jugis in pulchriſonis radio Palladis Cecropiæ imaginem Titanum picturatam effingo.* Heſiod. ἡμίφαι. Τῇ δ' ἰσὸν στήσαιτο γυνὴ, προβάλοιτο τε ἔργον. *Tunc ad Jugum ſtabit mulier proponetque opus.* Et παρὰ τὸ ἵστασθαι· a ſtando ἰσοῦ notionem ducit Euſtath. Non itaque Telam, ſed Jugum telæ intelligit S. Proclus. In eodem errore lapſus eſt etiam Interpres ſermonum S. Theodoreti de Providentia ſerm. 4. quem locum, quia facem Proclo præfert, cum ſingula textoriæ artis inſtrumenta, modumque explicet, libet exſcribere. Τὰ γὰρ ἔρια πιεζόμενα, καὶ τοῖς ὕδασι καθαιρόμενα, διαξαίνεται μὲν πρῶτον, καὶ εἰς λεπτὰ διαιρεῖται, εἶτα τὸ κάταγμα, μίγυμενα γίνεται, ἔπειτα ἡ ταλασιουργία λαβοῦσα, τὸ μὲν ἀκραιφνὲς καὶ οἱονεὶ εὐθείας ἔχον τὰς ἴνας, τῶν λοιπῶν ἀποκρίνει· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ σαυτιθεῖσα, κρόκην κατασκευάζει τῷ στήμονι· εἶτα γυναικῶν χεῖρες λαβοῦσαι, τὰ λεπτὰ νήθουσι, καὶ ταῦτα πρότερον οἷον τίνας χορδὰς κατὰ τάξιν, ἐν τοῖς ἰσοῖς διατείνεται, ἐκβάλλουσι μὲν τὴν κρόκην, ταῖς δὲ κέρκισι τοὺς στήμονας διακρίνασαι, καὶ τῶν ἐμβεβλημένων μηρίνθων· τὰς μὲν χαλῶσαι· τὰς δὲ τείνουσαι· εἶτα τοῖς εἰς τοῦτο συντεθημένοις ἐργάνοις οἷον ἀθοῦσαι, καὶ πιλοῦσαι τὴν κρόκην. ὕτως ἀποτελοῦσι τὸ ὕφασμα. *Lanæ enim ubi detonſæ, aquis ablutæ & purgatæ ſunt, pectuntur primo, & minutim diſtrahuntur: deinde quod diſtractum eſt, denuo in cumulum globumve colligitur. Quem accipiens lanifica, quod in hoc ſincerum & purum eſt, & quaſi venis quibusdam, & rectum protenſis fibris diſtinguitur, a reliquis ſecernit. Alteram vero ejusdem partem colligens ſtamini ſubtegmen parat. Ubi autem paratas jam lanas mulierum manus acceperunt, tenuiſſima ex iis fila ducunt: & hæc primo quidem veluti chordas quasdam ordine in telis extendunt, & quod ſubtegmini deſtinatum eſt ſecernunt, radiis autem intermediis ſtamen dirimunt, & funiculos, qui illis innexi ſunt alios quidem laxant, alios vero intendunt, ſimulque inſtrumentis quæ in hunc uſum fabrefacta ſunt, ſubtegmen propellunt & conſtringunt; omnemque hoc modo texturam abſolvunt.* At quomodo vertit ἐν ἰσοῖς, *in telis*, ſi tela nondum abſoluta, ſed adhuc texenda deſcribitur? Invertit etiam ſenſum. Verterem itaque: *Et hæc quidem primo, veluti chordas quasdam, ordine in jugo diſtendunt, radium vero jaciunt, tramis autem ſtamina diſcriminant.* Verum de hoc latius infra Orat. 4.

Pagin. ead. vs. 27. Ἐνώσεως χιτὼν. In ſchedulis quibusdam noſtri Anton. Agellii Epiſcopi Acerenſis reperi partem hujus Orationis ſua manu deſcriptam, in qua ita legitur: ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὁ τῆς σαρκώσεως ὑφάνθη χιτών. *In quo ineffabiliter Incarnationis tunica confecta eſt.* Ceteri omnes habent ἐνώσεως. Latinus Interpres Cod. Vat. etiam σαρκώσεως legit, nam vertit: *Ineffabilis Incarnationis texta eſt tunica.* Lepide nimis explicat S. Proclus hanc tranſlationem Incarnationis; Et videtur eam a S. Paulo mutuaſſe, qui indumento & veſti Chriſtum comparat. Rom. 13. *Induite Dominum Jeſum Chriſtum.* Galat. 3, 27. *Chriſtum induiſtis.* Et recte quidem, nam corpus humanum non ſecus ac tela, nervis, arteriis, cartilaginibus, veluti filis quibusdam textum eſt. Ideo Porphyrius dé Antro Nympharum, telas purpureas a Nymphis in Antro textas, corpora ſignificare exponit, dicens: ἐν ὀστοῖς μὲν γὰρ καὶ περὶ ὀστᾶ ἡ σαρκοποιΐα· λίθος δέ ταῦτα ἐν ζώοις, λίθῳ ἐοικότα· διο καὶ ΙΣΤΟΙ οὐκ ἀπ' ἄλλης ὕλης, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λίθου ἐρράφησαν· τὰ δ' ἀλιπόρφυρα φάρη ἔντικεν ἡ ἐξ αἱμάτων &c. *Caro namque in oſſibus: & circum oſſa compingitur. Hæc autem oſſa in animalibus lapides ſunt, lapidique ſimillima. Idcirco textoria juga, non alia materia quam lapide conſtabant, & telæ purpureæ caro plane erit ex ſanguine con-*

interpolavi, quod peſſimum editorum nonnunquam fuiſſe conſilium, ſola Philoſtrati editio Lipſienſis docet. At cum ipſo ta-

contexta. Corpus etiam animæ veſtis eſt, quo induitur, res ſane mira oculis, ſive compoſitionem ejus quis ſpectet, (in Græcis, quæ omiſimus, ἀποβλέπες editum: v. Var. Lect. ad h. l.) *ſive nexum illum quo animam ſibi copulat. Sic & ab Orpheo Proſerpina inducitur, quæ conceptibus naſcentibus omnibus præeſt, telam texens. Antiqui etiam ipſum quoque cœlum peplum vocaverunt, veluti cœleſtium Deorum indumentum & pallium.* Verum ambigó num verè legendum ſit: Διὸ καὶ ἰσοὶ οὐκ ἀπ' ἄλλης ὕλης, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λίθου. Cùm Jugum ex ligno, non lapide, formetur & conſtet. Siquidem textori potius officeret, & plus haberet incommodi, quam adjumenti: nec expeditè, & commodè telam intexere poſſet. Particula item illa, διὸ, redditiva rationis difficultatem etiam auget. Quapropter fortaſſe legendum eſt non ἰσοὶ, ſed ὀστοὶ, unius literulæ inverſione: ac vertendum eſt: *Ob id & oſſa ipſa non alia materia quam lapide conſtant.* Firmaturque ea verſio ex Platone, a quo ſuam doctrinam hauſit omnem Porphyrius, qui in Timæo ait: *Deus oſſium textura extrinſecus animæ vires fulcivit.* Ac paulo poſt de oſſium medullis: *ſic utique ſemen omne ſervavit, dum lapideo ambitu circumvallavit.* Oſſa, ambitum lapideum medullæ vocat. Merito autem S. Proclus textorio operi Incarnationis myſterium comparat: tum quia textilis eſt corporis compoſitio; tum etiam, quia textoriam artem ex Deorum amore, ortam probat Plato in Convivio, ex Agathonis Oratione: myſterium autem hoc ex Dei amore manavit. *Sic enim*, inquit S. Joann. 3. 16. *Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* Et S. Paulus Epheſ. 2. *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus: & cum eſſemus mortui in peccatis, convivificavit nos in Chriſto.*

Ad Orat. vero IV. p. 172. ſic habet: pag. 145. vs. 39. Ἰσῶνα. Heidelberg. S. Andr. & Palat. impreſſ. Ἰσὸν. Quid autem ſit Ἰσὼν, ſive Ἰσὸς. Euſtath. odyſ. ω. aperit: Ἰσὸς δὲ κυρίως μὲν ἐργαλεῖον ὑφαντικὸν ὁμώνυμον τῷ τοῦ πλοίου ἰσῷ παρὰ τῷ ἵστασθαι. *Proprie quidem ſignificat textrinum illud inſtrumentum, ejusdem nominis cum malo nautico, a ſtando dictus.* A quo malo nautico ſimilitudinem, formamque trahit; ad illius enim inſtar formatum eſt. Heſych. Ἰσὸς τὸ ὀρθὸν ξύλον τῆς νέως, καὶ ὑφαντικὸν ἀπὸ τοῦ ἑστάναι. *Lignum rectum navis ſignificat, & textrinum a deſiſtendo.* Verùm quodnam ſit illud inſtrumentum non explicant, quamvis cum formam præſcribant non aliud quam jugum ſe intellexiſſe declarant, ſupra quod tela texitur, & in quo circumvolvitur. Euſtat. Ἰσὸς τὸ ὑφαντικὸν ἐργαλεῖον, καὶ τὸ ἐπ' αὐτοῦ ὕφασμα. *Significat textrinum inſtrumentum, & telam ſuper id textam:* ἐπ' αὐτοῦ, nam ſupra jugum textor telam texit. Theocr. idyl. 15. 35. λίγε μοι πόσσω κατίβατοι ἀφ' ἰσῷ; *Dic quæſo quanti conſtitit tibi ut detexeres hanc veſtem jugo?* ἀφ' ἰσῷ. Detexta, & compacta tela a jugo retexitur, devolvitur, deponitur. Schol. ibidem: κέκοπται ἀπὸ τοῦ ἰσοῦ, ἢ ἀπὸ τοῦ ἰσοῦ κατηρίθη. *Abſcindit*, hoc eſt, *a jugo, vel a jugo retexit telam.* Ex quo factum credo, ut detexere perficere ſignificet. Nam abſoluta tela, a textrinis inſtrumentis detrahitur, retexitur. Servius Eclog. Virgil. 2. *Molli detexere junco. Detexere, id eſt multum texere, finire, perficere.* Ac etiam auferre, quia ubi compacta eſt, a jugo aufertur, evacuatur colus, ſeu jugum. Strabo lib. 8. de Corintho: Μνημονεύεταί τις ἑταίρα πρὸς τὴν ὀνειδίζουσαν ὅτι οὐ φίλεργος εἴη, οὐδ' ἐρίων ἅπτοιτο, εἰπεῖν· ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη καθεῖλον ἰσοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ. *Memoratur cujusdam meretricis dictum, quæ mulieri exprobranti ei ignaviam quod operis ſui parum amica foret, penſumque non reddidiſſet, nec tractaſſet lanam: reſponderit tamen, tria brevi temporis ſpatio ſe juga evacuaſſe.* Niſi ut Plaut in Curcul. Act. I. 1. *Jam ne ea fert jugum? tam a me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit.* Horat. lib. 2. Ode 5. *Nondum ſubacta ferre jugum valet Cervice:* ſed de hoc etiam ſupra egimus p. 82. quo eodem dicendi charactere hîc utitur. Ἰσῶνα, ἵνθα τὸν ἄῤῥαφον χιτῶνα ἐξύφανας· ἵνθα ἐξύφανας inſtrumentum ſignat, in quo texitur, non telam ex qua conficitur tunica.

Hæc Riccardus. Emendationem ejus quod adtinet in Porphyrio factam, eam haud

††††

pro-

tamen textui conjecturas meas ſubjici mallem, ſtatui eas non inter Animadverſiones conferre, ſed *Variis Lectionibus* potius inſerere: ita, ut quidquid ſcripturam libelli ſpectaret, in his legeretur. Nova hæc *Variarum Lectionum* non eſt ratio, ſed a Reimaro etiam in præclara Dionis Caſſii editione aliisque uſu trita; & propterea melior, quod ſterilitatem aridæ ejusmodi variantium Codicum recenſionis non mediocriter ſublevet. Notarum compendia, quibus editiones libelli noſtri indicavimus, hæc fere ſunt:

Rom. 1. editio libelli princeps, e Gymnaſio Mediceo A. 1518.

Rom. 2. ed. Romana L. Holſtenii A. 1630.

Argent. vel *Arg.* ed. Argentoratenſis A. 1539. cum Scholiis in Homerum.

Ven. vel *Venet.* editio Aldi & Aſulani A. 1521. cum iisdem Scholiis.

Baſil. 1. 2. & 3. editiones Homeri tres, cura Jo. Camerarii Baſileæ impreſſæ A. 1541. 1543. & 1551. cum Scholiis & libello Auctoris noſtri.

Cant. 1. ed. Operum Porphyrii cum Epicteto & Arriano Cantabr. 1655. 8°.

Cant. 2. ed. Operum Homeri cura Joſ. Barneſii Cantabr. 1711. 2 voll. quorum priori inſertus Porphyrii commentariolus.

Quan-

probo. Ita enim bis eandem rem dixiſſet Philoſophus vana repetitione. Hoc velim ex ejus obſervatis animadvertas, *juga* ejusmodi ſive ἰϛους, ſi e lapide fiant, inutilia eſſe ad texturam. Quod ſi verum ſit, intelligenda apud Poëtam per ἰϛους non ejusmodi *juga* ſunt, verum *mali navium*, ut ego credidi, qui e lapide potuerunt fabricari, nè injuriæ temporis eſſent obnoxii. Reliqua, quæ congeſſit, de inſtrumentis textoriis quibus ſtamina adfigebantur, & detextione ſtaminum, erudita ſunt & hic meruerunt repeti.

Quantum autem Porphyrius meus accuratæ eruditioni cel. DAV. RVHNKENII debeat, ex iisdem Variis Lectionibus Lector cognoſcet. Admiratus in hoc viro, ex quo ipſi innoteſcere contigit, imaginem fui ingenii Hemſterhuſiani. Cum enim omnia habeat, quæ conſummatiſſimum Critices cultorem conſtituunt: ingenium acre, perſpicax, ſubtile: animum in devorandis laboribus, etiam moleſtiſſimis, mire conſtantem: demum accuratiſſima ſcientia univerſum literarum ſtudium complexus ſit: præclariſſimis his naturæ dotibus ſingularem morum ſuavitatem junxit; adeo, ut ſolus ſufficiat, ad vulgarem iſtam calumniam depellendam, qua ingenium Critici & Literatorum in univerſum difficile ac moroſum habetur. Præter ejus emendationes, quæ plerumque certæ, ſemper cultæ ſunt & ingenioſe excogitatæ, & quibus velut totidem gemmis noſtra hæc editio diſtincta eſt: ibidem meas etiam conjecturas propoſui, quibus corrupta libelli loca ſi non reſtitui, ſaltem ſuſpicionem depravatæ ſcripturæ movi, aliisque adeo felicioris curæ materiam & occaſionem præbui.

Verſionem Latinam lubens eo loco poſuiſſem, quo, ut Tayllorus ait (*), ſi omnes omnino verſiones fuiſſent poſitæ, melius de Græcis literis actum fuiſſet. At dandum aliquid eſſe credidi opinionibus vulgi & communi editorum conſuetudini: a quibus ſi vel tantillum feceſſeris, facile invidia invenit quod carpat.

Cæterum verbo dicendum eſt de verſione C. Gesneri, libello ſubjecta. Hæc cum rariſſima ſit & a paucis viſa, editionis meæ intereſſe credidi, ut cum ea recuderetur; maxime quia id operam dare conſtitueram, ut ne quidpiam deſidere-

(*) Præf. ad editionem Lyſiæ minorem.

retur, unde elegantiſſimo libello ornatus aut lux adferri poſſet. Libellus eſt parvæ molis, forma tertia Tiguri editus apud Froſchoverum A. 1542. ut e præfatiunculis Gesneri adparet. Continentur hoc volumine libellus de erroribus Ulyſſis, a Columbo dein illuſtratus: tum Noſtri Diſſertatio de Antro Nympharum: demum Procli excurſus de ſcito Platonis adverſus Poëtas; omnia Latine e verſione C. Gesneri, & tribus ejusdem proœmiis inſtructa: quorum Porphyrio præmiſſum una cum verſione ejus typis noſtris hic iteravimus. In medio carmen Melanchthonis de Odyſſea ad Blaurerum, neſcio an alibi editum, tum Macrobii locus e *Comment. in Somn. Scip. lib.* 1. *cap.* 12. leguntur. Titulus voluminis ſic habet:

MORALIS
INTERPRETATIO ER-
rorum Vlyſſis Homerici.

COMMENTATIO PORPHYRII
Philoſophi de Nympharum antro in XIII.
libro Odyſſeæ Homericæ, multiplici cognitione rerum variarum inſtructiſſima.

EX COMMENTARIIS PROCLI
Lycii, Philoſophi Platonici in Libros Platonis de Repub. apologiæ quædam pro Homero, & fabularum aliquot enarrationes.

Interprete Conrado Gesnero
Medico, Tigurino

Omnia nunc primum nata, & excuſa Tiguri apud Froſchoverum.

Cum unicum, quantum ſciam, exemplar hoc meum ſit, quod in his oris adſervatur, non ingratam puto Lectori hanc relatio-

tionem fore. Verſioni breves ſubjunxi notulas, unde adparebit, non ſecundum editionem aliquam, quarum duæ tamen jam in Italia totidemque in Germania prodierant, ſed e Codice MS. eam fuiſſe adornatam. Quæ res inde etiam conſtat, quod in fronte libelli omnia hæc *tum primum nata*, i. e. ſtilo ejus ſæculi *nunquam ante edita*, ſed *e MSS. expreſſa*, perhibeantur.

Tranſeo ad *Collectanea*, ſive apparatum variarum obſervationum, quæ vel ipſum Poëtæ locum vel Porphyrii ad eum diſſertationem illuſtrant. Secutus hac in re iterum Cel. Reimari conſilium fui, qui ad calcem ſecundi voluminis Dionis Caſſii farraginem adjecit obſervationum in hunc ſcriptorem e variis eruditorum libris excerptam. Cæterum valde doleo, me uſu eorum caruiſſe, quos de hoc loco conſulendos monuit Barneſius (*); puta *Doctoris Stephani Comment. ad Homeri Ogilbæan.* fol. 187. librum nemini notum, & Fabricio ipſi nuſpiam memoratum; tum *Kenelmii Digbyi Cabalam Epiſtolarum politicarum*, & *Dr. Fryar Epiſtolas*, utraque etiam valde obſcuræ memoriæ opera: & quæ ne vel ex ipſa Anglia habere potui. Celebre *Edm. Spenſeri* poëma, *the Faerie queene* dictum, conſului: & editionem quidem optimam, cum gloſſario Lond. 1751. 3. vol. 4°. ſplendide promulgatam: at cum magnæ molis ſit hoc opus & difficile intellectu, ob remotas hodieque fere incognitas verborum dictionumque formulas, delibavi potius quam perlegi, nihilque in hac feſtinatione inveni, quod Homeri locum magnopere ſpectaret. *Mottéi Vayerii* explicationem quod adtinet, ingenio magis quam veri ſpecie commendandam (†), non

(*) vid. ed. noſtræ p. 64. 65. (†) v. Collectan. P. II. p. 70. 71.

non mediocriter ea illuſtratur eleganti & ingenioſa deſcriptione antri myſtici, quam ſecundum ejus mentem effictam dixeris. Inveniet eam Lector in libro gallico recens edito & pulcre ſcripto, *Baſiliadis* nomine, quo nova Utopiæ cujusdam ratio conſtituitur(*).

Agmen claudunt *Animadverſiones* meæ *ad Porphyrium*. In his res magis quam verba mihi explicanda ſumſi. Cum enim eruditiſſime ſcripta ſit ejus diſſertatio, ampliſſimum hic induſtriæ meæ exercendæ campum inveni: in his præſertim, quæ obſcura Platonicorum in barbariem ruentis ævi, & Heracliti atque Empedoclis placita ſpectant. Linguæ Græcæ aut dictionum Porphyrii nulla mihi ratio erat habenda, niſi ridiculam eorum conſuetudinem ſectari voluiſſem, qui elegantias atticismi tractant, ubi de N. Fœdere v. c. explicando res agitur. Notum enim eſt, quam parum Philoſophus noſter elegantiam dictionis curet, & ex hoc ſigillatim libello clariſſime adparet: ſimilis Theologis aut Philoſophis noſtræ ætatis, quorum perpauci puritatem ſtili a fæce tot barbare ſcriptorum voluminum, quæ ipſis pervolvenda ſunt, integram intaminatamque conſervant. Vere Ruhnkenius noſter in eleganti præfatione ad Timæi λεξεις: *Porphyrius vero*, inquit, *qui tandem ſcriptor? Nempe is, cui abſtruſarum rerum ſcientiam tribuunt omnes: ſcribendi elegantiam nemo. Nec quisquam, ſi Suidæ & Etymologi ſtuporem exceperis, atticas formulas Porphyrii ſimiliumque ſcriptorum auctoritate unquam probavit.*

Alioquin nimis magnifice de Te ſentio, Lector, quam ut multa hic diſputare in laudem auctoris mei inſtituerem. Qui id

(*) *Naufrage des Iſles flottantes, ou Baſiliade du celebre Pilpai, poëme heroique, traduit de l'Indien par Mr. M*** a Meſſine* (i.e. *Pariſiis*) 1753. 8°. 2. voll. v. ibi Tom. I. p. 25. 26.

id deſideraverit, eum neque Lectorem mihi cupio. Tam celebris eſt iſte Porphyrii libellus de Antro Nympharum, ut uſus ejus neminem vel mediocriter in his ſtudiis verſatum fugiat. Nam etiamſi ipſa Philoſophi opinio abſurda ſit & ridicula, facile tamen hanc ſæculi ſui contagionem ipſi condonare poſſumus, ſi inſignem illum eruditionis adparatum ſpectemus, qua ſententiam ſuam tam præclare exornavit. Valet hic Italorum, quod frequentant, proverbium: *carpendam eſſe roſam, relictis ſpinis* (*). Et quot non alii exſtant veteris ævi ſcriptores, quorum, etiamſi materia quam tractant futilis ſit & inſulſa, maximum tamen eſſe uſum nemo negaverit!

Cæterum errores, hic illic a me commiſſos, excuſare non tentabo. Tanta benivolentiæ publicæ documenta non ſemel in me expertus ſum; ut puderet Lectori meo plenum de me judicandi arbitrium non permittere. Id ſolum ago, ut veritatem cum eo quæram, non ut opiniones meas defendam easque pertinaciter teneam. Et cur non idem etiam aliis jus concederemus, quo viciſſim in eorum ſcripta ipſi quotidie utimur?

Reſtat ut eorum beneficia celebrem, qui conſilio mihi & re adfuerunt in editione hac adornanda. Ac primum manibus litandum eſt inmortalis & cœleſtibus adſcripti viri, **PETRI WESSELINGII**, præceptoris mei & patroni olim præcipui, cujus memoriam dici non poteſt quam caram habeam. Utinam mihi licuiſſet editionem hanc ſub auſpiciis ejus feliciter ad finem perducere! Nunc dura ſortis lege nobis erepto, nihil præter *Diſſertationis* meæ particulam ipſumque conſilium de edendo Porphyrii libello, cognoſcere licuit.

Mo-

(*) *Cogli la roſa, e laſcia ſtar le ſpine.*

PRAEFATIO.

Mora vero illa, quam Leidæ feci, occaſionem mihi præbuit familiaritate TIB. HEMSTERHVSII & colloquiis fruendi: quibus me beare dignatus eſt vir vere SVMMVS: & non eruditione adeo, qua neminem tamen ſibi parem habet aut habebit facile, quam humanitatis ſenſu ſpectandus: judicio ipſorum, non ejus, nam nullos habuit unquam, ſed univerſæ nationis noſtræ inimicorum (*). Id lubens teſtor, ſi quid unquam in me fuit eritque humanitatis, me omne id exemplo hujus VIRI debiturum. Utinam illis, qui moroſo ſuo ac difficili ingenio Humanis Literis dedecori ſunt, incomparabilem hunc Virum vel ſemel videre contingeret! Quam amabilis eſt humanitas in illius ore, qui merito Oraculum hujus Sæculi habetur: quam grata ejus judicia, quam caute, quam ſapienter prodita, etiam de iis, quorum perexigua in literas ſunt merita: quam perplacet modeſtiae exemplum ab illo petere, cujus ſingula verba totidem ſunt ſapientiae & eruditionis praecepta! Dicas duram ſortem canam hujus Viri ſenectutem venerari, ut per integrum ferme ſaeculum bono publico ipſum conſervaverit.

TIBI vero, cel. RVHNKENI, quas aut quantas agam gratias? Quam dulcis mihi amicitia TVA, quam utilis fuit! Fortunatum TE, cui licet quotidie praeceptore TVO uti: cujus ingenium ILLE ad exemplum moresque ſuos formavit: Cui datum eſt, tantum ab incomparabili hoc & plane ſingulari homine proficere, ut novum in TE Hemſterhuſium renaſci laetemur. Faxit votis meis ſecundum Numen, ut diu TE

(*) Præclaram innuo *Supplicum Euripidis* editionem ab eruditiſſimo Viro & Literarum Græcarum in Anglia ſtatore Jer. Marklando ipſi ac Weſſelingio inſcriptam: quæ ſola ſufficit importunis Smolleti aliorumque ejus furfuris hominum calumniis in Belgas depellendis.

TE ſoſpite Reſp. Literaria gaudeat; faxit, ut non hoc ſolum ſæculum ſed & proximum nonum decimum initia ſua meritis TVIS illuſtrari videat.

Tu, Lector, cui illuſtria hæc nomina noſcere non contigit, memoriam ipſorum mecum venerare, & præclaris eorum dotibus imaginem hanc meam longe inferiorem crede. Ita vale & tenues meos conatus benivolus reſpice. Scribebam Trajecti ad Rhenum, Idibus Octobris A. S. MDCCLXV.

†††††

AD-

ADDENDVM.

Vacante plagula, viſum eſt aliquid hic addere, quod locum libelli Noſtri maxime controverſum ſpectat. Memorat Porphyrius cap. 6., teſtimonio Eubuli alicujus, ſpeluncam a Zoröaſtre ſtructam, εις τιμην ΤΟΥ ΠΑΝΤΩΝ ΠΟΙΗΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΤΡΟΣ Μιθρου· *in honorem creatoris patrisque omnium Mithræ.* Variæ hoc de loco variorum fuere opiniones, quas in Animadverſionibus recenſere ſuperſedi. Tantum Martino quædam oppoſui p. 91. 92. qui acrius in auctorem meum invectus fuerat. Uti autem longe abeſt, me Hydei partes ſequi, quod cultum Perſarum ſpectat (*), ita nolim omnia adoptare, quæ Adrienſis Præſul ſecundum Occidentales nobis dictavit. Unde etiam citato loco conceſſi, Porphyrium in eo falſum videri, quod Mithram ποιητην και πατερα του παντος appellet. ——— Non prodierat tum adhuc, ſaltem in has oras non pervenerat, Vol. xxix. des *Memoires de l'Acad. des Inſcript. & des Belles Lettres*, neque videram adeo eruditam Diſſertationem S. V. A. Foucher *de Religione Perſarum*, ibidem inſertam p. 87. ſqq. ——— Cum vero illic p. 103. ſqq. copioſe hac de re tractetur, non ingratum me puto Lectori facturum, ſi opinionem doctiſſimi viri, quæ plane nova eſt, & ſi vera non ſit, ſaltem ab ingenio atque eruditione ſe commendat, breviter ipſi explicuerim. Ponit autem, quod veroſimile eſt, Eubulum, unde hæc citantur, Philoſophum fuiſſe Platonicum; Et ſi hic non fuit, certe Porphyrius fuit, qui verba iſta de ſuo addere potuit. Ut fuerit, id manet, e Platonicorum opinionibus ea explicanda eſſe: recentiorum puta, qualis Porphyrius erat. Credebant autem hi, ſupremum Numen curam creationis inferiori δυναμεων ordini commiſiſſe. Ac proinde, cum hic Mithras *creator univerſi* appelletur, minime ſequitur, vel Eubulum vel Porphyrium credidiſſe, Mithram a Perſis ſummi Numinis loco fuiſſe habitum. *Oromasdes* Perſarum erat Ζευς, vel δημιουργος, ſenſu Platonicorum; *Sol*, ſeu Mithras, δυναμις Oromasdi inferior & ſubjecta. ——— Hæc eruditi Abbatis eſt opinio. Conferre ad eam Lector poterit D. Chryſoſtomi Orat. 36. Boryſtenicam, ubi egregie de Zoröaſtre ejusque placitis diſputatur.

(*) Conferri de ejus opinione meretur vir egregie doctus, *Renaudot*, in Præf. ad Itinerarium vetuſtum & maximæ frugis, *Anciennes Relations des Indes & de la Chine, traduites d'Arabe* a Paris 1718. p. xxvi.

DIS-

10216336

DISSERTATIO

HOMERICA

AD PORPHYRIVM.

AD

VIRVM AMPLISSIMVM

NICOL. TEN HOVEN.

VIRO AMPLISSIMO

NICOLAO TEN HOVEN

S. D.

R. M. v. G.

Hagam Comitum.

Diu eſt VIR AMPLISSIME, ex quo ſerio circumſpicere coepi, ſi quid obveniret tam dignum, ut acutiſſimis TVIS oculis ſiſti commode poſſet. Et circumſpicerem forte etiamnum, niſi benivolentiæ erga me TVAE, quæ perinſignis eſt & qua me a prima inde ætatula non deſtitiſti continuo proſequi, iterum atque iterum recordatus, longioris inde moræ impatiens, quidquid primum occurreret, TIBI ſtatuiſſem ſacrum facere. Unde boni conſules etiam, pro ea qua es humanitate, nihil cultius TIBI vel ornatius obferri, aut quod otio TVO magis fuerit dignum. Interim cum ipſe Homerum ſumme ames, & Græcæ Linguæ accuratam TIBI notitiam comparaveris, quem potui meliorem conjecturis noſtris arbitrum conſtituere? vel potius, quem ſibi tutorem noſtra hæc opellula potiorem optaverit? Id credas, longe confidentius me explicationem loci Homerici adornaſſe, quoties TE patrono proditurum in publicum cogitavi. CVI ſi vel leviter ſatisfecerit hic noſter labor, facile equidem omnes malevolorum conatus ridebo, pulcre memor Plautini moniti:

Unus tibi dum hic propitius ſit Jupiter,
Tu iſtos minutos facito Deos floccifeceris.

Ne vero propoſiti mei plane ignarus ſis, aut quid occaſionem de-

dederit huic Dissertationi, patere ut brevibus pretiosum otium TVVM morari liceat.

Cum libellum Porphyrii, qui de antro Nympharum est, prima vice legerem: hoc est, eo animo legerem, ut copiosius aliquando dataque opera illustrandum: primarium mihi officium duxi, ut inquirerem, qua mente ad explicationem Nymphei Homerici Philosophus accesserit, & quid potissimum hoc in negotio visus sibimet fuerit præstitisse. Quæ quidem res, tum consideratis viri studiis & statu Philosophiæ ejus tempore, tum repetita etiam Opusculi lectione, comparatis insuper Marshami & Petiti disputationibus (*), non magno mihi labore constitit.

Cognitis Porphyrii placitis, mox sensi onus longe gravius mihi incumbere, quam initio credidissem: Neque enim desiderio meo satisfactum iri, intellecta hac explicatione, nisi simul de veritate ejus aut errore certus evaderem. Uti autem in his fere fit, instituta disquisitione, haud difficulter nævos opinionum dicam an detorsionum Porphyrii, imo manifestam earum futilitatem, perspexi. Hinc natum Dissertationis, quam sisto, primum caput.

At facile & tum vidi, maximam illi etiam num deesse partem: neque satis me Lectori facturum, improbata, etsi idoneis de caussis, Porphyrii interpretatione, nisi simul aliam veritati propiorem sententiam proponerem. Cui negotio dum intentus hæreo, variisque meditationibus descriptionem sacri Dearum antri, Ulyssëide XIII. *ab Homero exhibitam, volvo ac revolvo, orta sensim congeries fuit opinionum probabilium, quibus ordine dispositis posteriori hujus Dissertationis capiti materia crevit.*

In

(*) Exhibebimus illas Lectorum oculis in Apparatu ad Porphyrium Parte II.

In eo nihil aliud actum, quam ut, omni obscuritatis sensu longissime remoto, id probarem quod Philosophi mei placitis prorsus est contrarium: Quippe Homerum captata occasione, ut solent Poëtae imaginibus locorum delectari, antrum hoc Nymphis Najadibus consecratum descripsisse, variis ejus partibus pro ratione poëseos, hoc est eleganter & ornate, expositis: Quarum nulla quidquam habet, quod, si recte examinetur, aut naturæ loci, aut illi carminis virtuti, quam Galli la vraisemblance *appellarunt, aliqua parte contrarium deprehendatur.*

His absque præjudicata opinione examinatis, de consilio quidem ipso, quod hac in re secutus sum, vix dubito quin bene plerique constituerint. Illi an satis sit factum TVI, VIR AMPLISSIME, arbitrii erit.

Cæterum hinc TVA sponte intelligis, meras esse, quas hoc opusculum promittit, conjecturas: adeoque tanto magis illud patrocinio TVO indigere. Id ut benigne in TE suscipere ne dedigneris, etiam a TE atque etiam contendo. Ita VALE, VIR AMPLISSIME, mihique favere perge. Dabam Lugduni Batavorum Kal. Octobr. A. C. CIↃ IↃ CC LXIIII.

VI.

R. M. VAN GOENS

DISSERTATIO HOMERICA

AD PORPHYRIUM.

CAPUT PRIMUM.

I. *Duplex Poëſeos propoſitum: bonos poëtis habitus: Obſcurum ſapientiæ ſenſum carminibus ineſſe veteres credebant.* II. *Homerus quanto olim in honore fuerit habitus: Omnium in eo diſciplinarum fons quæſitus.* III. *Præſertim Philoſophiæ, unde* allegorica interpretatio *in Homerum inlata, in primis a Platonicis & Porphyrio, ſummo Poëtæ admiratore.* IV. *Cauſſæ hujus ſtudii perquiruntur. Vitatis utrimque ſcopulis, media via incedendum eſt.* V. *Neque Homero debita laus neganda cum Zoïlo & quibusdam Gallis: neque ille ſupra humanam conditionem evehi debet.* VI. *Aut ubi manifeſt in errore deprehenditur, nugaciter excuſari.* VII. *Sic multa de Diis Homerus ſcripſit parum congrua, quæ tamen phyſice explicanda non ſunt.* VIII. *Quod copioſius evincitur.* IX. *Cum alioquin violatarum carminis Epici legum haud injuria reus haberetur Homerus.* X. *Dictorum* ανακεφαλαιωσις *& concluſio.*

I. Poëticæ facultatis duplex eſt propoſitum: *utilitas* & *delectatio:*

Et PRODESSE volunt, & DELECTARE poëtæ,
Aut ſimul & IVCVNDA, & IDONEA dicere vitæ.

Utrumque in carminibus unice debet ſpectari, adeo ut minus recte nonnulli (a) finem Poëtæ in eo duntaxat poſitum voluerint, ut diſpi-

(a) *Rapin Reflex. ſur la Poëtique* §. X. *Lowth de S. Poëſi Hebr. Prælect.* 1. §. 3. *In viam reductus ab editore Göttingenſi.*

diſpiceret, quo modo maxime *utilis* eſſe poſſit, contra *delectatione* tantum ut medio ad id, quod ſibi propoſuerat, *utilitatem* puta, commode conſequendum, uteretur. Carmen, quod ſine jucunditate & vero Poëticæ, quæ dicitur, ψυχαγωγιας ſenſu legere poſſis, carmen eſſe deſinit: imo in delectatione maxima etiam vis Poëſeos cernitur, ſine qua illa animi commotio, illa adfectuum turbatio, & legentium quaſi εκστασις, quæ in carmine omne punctum ferunt, neutiquam excitari aut effici poteſt.

Oppoſitam his opinionibus ſententiam tuetur Hermogenes, eam nunc nihil aliud habere pulcri cenſens, præter enarrationem rei geſtæ ac deſcriptionem (a) nunc illam το πλειστον, *maximam partem*, ad voluptatem dirigi (b). Quæ ſi de vulgari Poëtarum uſu intelligantur, locum fortaſſe tuerentur, ſin vero Rhetor officium Poëtæ innuerit, parum dextre profecto aut prudenter inſtituit: Idem diu jam ante urſerat præter alios Eratoſthenes, data opera refutatus a Strabone (c). Sed æquales haud dubie, ſi non majores, *utilitati* in carmine partes ſunt: ſive id in memoria rei geſtæ, ſive, quod maximum, in præceptis morum lenique illo animorum ad virtutem ductu, quem in vetuſtis optimorum carminibus ubique deprehendimus, locum inveniat. Hæc una & maxima Poëtæ dos & virtus (d): huc omnis veterum ſapientia velut ad ſcopum quendam propoſitum unice tendit: imo dici vix poteſt, quantum in hoc genere olim fuerit præſtitum. Hinc tanta Poëtarum veneratio, etiam in aulis Principum: hinc omnis apud illos ſapientiæ fons & ſcaturigo quæſita, quos non ſolum prudentiſſimos rerumque omnium credebant peritos eſſe, ſed quibus etiam præſentiſſimum adeſſe numen vulgus opinabatur (e): Inde ſolis ferme poëtis *ſapientum* nomen tributum (f): quorum opera quoque, uti jam dictum, omni ſcientiarum genere putabant refertiſſima eſſe: βαθυτερος, ait Plutarchus alicubi, εγι νους εγκεκυμμενος τοις επεσι· cujus teſtimonio ſimilia, ſi id opus foret, e Maximo Tyrio aliisque addi poſſent: Sufficit obſervaſſe, quod Strabo teſtatur, ὁτι οἱ αρχαιοι την παιδικην αγωγην εφυλαξαν μεχρι των τελειων ἡλικιων, και δια ποιητικης ἱκανως σωφρονιζεσθαι πασαν ἡλικιαν ὑπελαβον. Quod quantus eo tempore carminibus honos fuerit habitus, ſatis declarat.

II. Quæ

(a) *L. III. de inventione.* (b) *L. III.* περι ιδεων. (c) *Lib. I.* (d) *Rapin l. c. §. VII.*——*XII.* (e) *Ovid. Epitaph. Tibulli. D. Chryſoſt. Orat. XXXVI.* (f) *v. Animadv. ad Porphyr. de Antro Cap. ult.*

II. Quæ de Poëtis in genere delibavimus, uni ſigillatim Homero ſolebant tribui. Id niſi aliunde nobis conſtaret, ex tot tantisque elogiorum cumulis, certatim in hunc ſcriptorem ab omni ævo ad nauſeam fere congeſtis, clariſſime demonſtraretur: adeo ut nonnulli *divinam* hujus hominis *providentiam*, ſat impie & abſurde, non dubitaverint prædicare (a). Similiter σοφὸς jam olim ac σοφιστὴς titulus ipſi tributus a Cratino in Archilochis apud Diogenem Laërtium (b) *in quo*, ut Rhetor ait, *nullius non artis aut perfecta, aut certe non dubia, veſtigia reperiuntur* (c).

Obſervari autem debet, hinc eveniſſe, ut omnis ferme ætatis docti viri etiam ſingula hujus poëtæ verba adeo excuſſerint, ut in minimis literulis ingentia ſibi myſteria viderentur inveniſſe: ad ſuperſtitionem usque in hoc propoſito pertinaces, quaſi nihil hoc homine unquam exſtitiſſet ſapientius. Unde tanta interpretum Homericorum nata eſt multitudo, ut ſi vel diligentiſſimam illis enumerandis operam impenderis, ſemper ſuperſint, quorum vel levis tantum notitia, vel plane nulla ad nos pervenit. Quam commentariorum abundantiam quot incommoda neceſſario ſuerint ſecuta, facilis eſt ad conjiciendum ratio, & eventus etiam abunde docuit. Dum enim opiniones in eo ſuas de rebus qualibuscunque, etſi a ſcopo Poëtæ alieniſſimis, inveſtigare unus quisque ſtudet, innumera inde hallucinationum congeries, imo ineptiſſimæ locorum detorſiones, & inextricabilis explicationum varietas, ultro prodierunt.

III. Præter alios autem Philoſophi uberrimum in eo ſuæ diſciplinæ fontem viſi ſibi ſunt inveniſſe. Noverant illi homines vulgatum iſtud ac πολυθρυλλητον de Poëtis, morum ac virtutis præcepta ſpecioſis figmentorum involucris obſcurantibus: Ὡσπερ, ait Plutarchus libello aureo de audiendis a juventute Poëtis: Ὡσπερ γαρ ὁ μανδραγορας ταις αμπελοις παραφυομενος, και διαδιδους την δυναμιν εις τον οινον, μαλακωτεραν ποιει την καταφοραν τοις πινουσιν, ὑτω τους λογους ἡ ποιησις εκ φιλοσοφιας αναλαμβανουσα μιγνυμενους προς το μυθωδες, ελαφραν και προσφιλη παρεσει τοις νεοις την μαθησιν. Quod etſi per ſe verum ſit, imo veriſſimum, manet vel ſic tamen vitioſum non minus abuſum fuiſſe, quem recentiores Philoſophi ac Sophiſtæ tanto ſtudio ſectati ſunt, Platonicæ præſertim atque

(a) *Macrob. in ſomn. Scip.* (b) *Lib. I.* (c) *L. XII. Inſtit. Orat.*

que Italicæ ſectæ addicti, evidentiſſimis Poëtæ locis abſurdas abſtruſaſque opiniunculas, e remotiſſimis Philoſophiæ ſuæ principiis repetitas, præter omnem probabilitatis ſpeciem, adfingentes. —— Et vero illud ipſum philoſophandi genus, quale tertio poſt Chriſtum ſæculo invaluit, quantum a vetuſta Socratis aut Pythagoræ diſciplina diſtabat! quam corrupta hoc tempore Metaphyſicæ facies! quæ Orphica inprimis Theologia & Cerinthi deliramentis turpiter implicata, auream, quod vere dixeris, Philoſophiæ ætatem, qualis a Socrate venerat, incomparabili homine, in ferream aut ſi quid iſto deterius convertit. —— At hic tamen ſæculi iſtius genius, Stoicis forte, qualis Imperator ipſe, & paucis aliis ex hoc numero exemtis: neque alia Philoſophandi tunc temporis erat ratio quam ut aliquam ſomniis ſuis & deliramentis ſpeciem conciliaturi, veſtigia eorum in Homero omnis ſapientiæ velut ſcaturigine, quærerent, Deum ex machina importune advehentes. Atque hæc eſt allegorica, quæ dicitur, interpretandi ratio, cui tantopere tum indultum eſt, præeuntibus præter alios Numenio, ejusque ἑταιρῳ Cronio, ac præſertim Porphyrio noſtro, eruditiſſimo homine, & ad meliora, quod dicitur, nato: qui ſi binos, ad quos offendit, ſcopulos cautius vitaſſet, haud difficulter ſummis inter gentiles philoſophis palmam præripuiſſet: ſed partim incredibili illo & diro adverſus Chriſtianos odio, partim perverſis Philoſophiæ placitis, in transverſum raptus, nugis inutiliter ſe dedit, & *tantis infelix excidit auſis.*

IV. Cæterum, unde hæc potiſſimum ſtudia originem acceperint, atque unde tantus huic Poëtæ honor creverit, arduum eſt definire: conjectari integrum erit. Atque Homerum quidem ipſum elegantia dictionis totam in univerſum antiquitatem quaſi effaſcinaſſe, omniumque adeo eruditorum oculos in ſui admirationem traxiſſe, haud injuria dixeris (a). Cui forte acceſſit cæcus æmulationis ardor, quo alter alteri cedere noluit in laudibus hujus viri celebrandis, maxime cum non defuerint, quos credibile eſt opinatos fuiſſe, ſe tum demum eruditorum numero habitum iri, ſi Homerum etiam ſuo judicio reliquis omnibus anteponendum jactitarent: cum ad ejus dotes recte

(a) *v. Rapin. Comp. d'Hom. & de Virg.*

recte æstimandas ampliorem requiri doctrinæ copiam, passim clamaretur; uti sat scite observat Rapinus (a). Adde, quod jam diximus, qualiumcunque studiorum homines gloriæ sibi & honori duxisse, si vel novæ alicujus, quam ipsi procuderant, opinionis, vel vetustioris, quod sectabantur, placiti vestigia in Homero probabiliter censerentur invenisse. Allegorica autem interpretatio etiam hinc originem sumsit: Cum enim tam insano studio Poëtam prosequerentur Philosophi, ne umbram quidem erroris aut vitii operibus ejus passi sunt adscribi, quasi is supra humanam conditionem positus errorisque omnis fuisset expers: ac proin, quidquid absurdiusculum ab eo aut contra rationem positum videbatur, omne id allegoricis suis explicationibus vindicare ausi sunt.

Sed res postulat, ut quid ipse ea in re constituendum censeam, Lectori significem. Fateor, ardua est & plenæ res aleæ, de rebus tantæ antiquitatis tantique intervalli judicium interponere: At vel sic tamen nobis pugnam doctorum hominum, Homerum vel ad cœlum tollentium, vel ad infimam vulgarium versificatorum sortem detrudentium, eminus quasi & secure spectantibus, aureum illud μεσον tuto sectari licet.

V. Uti enim neque cum Zoilo, imo neque cum Eratosthene, ejusque adsecli recentioribus, Perralto, Mottéo Vayerio, Terassonio, Fraynio Tremblæo, aliisque Homeri obtrectatoribus; quibus se nuper, at infelici successu, Ill. Baro Bielfeldius (b) comitem adjunxit; famam & laudem Poëtæ principi debitam detrahi velim, ita ab altera etiam parte, talem nolim haberi, quasi αψευστος omnisque erroris expers fuisset. Etsi enim fuerit sapientissimus, etsi rerum qualiumcunque peritissimus, etsi prudentissime carmina sua & doctissime scripserit, *homo* vel sic tamen fuit, neque adeo omni errore major censendus est. ουδεν καινον, ait aliquis, ανθρωπους ἡμας οντας πολλα αγνοειν. Majus dico: non tantum ut *hominem* nos considerare Homerum oportet, sed etiam ut ea in conditione positum, qua longe parcius sapere, longe minora scire potuerit, quam nostræ ætatis homines: Vix credo his temporibus inventum iri quempiam tam perversi judicii, quin id sua spon-

(a) *Rapin. l. c.* (b) *Lettres de Mr. Bielfeld.*

ſponte conceſſerit: at conceſſis his, actum eſt de allegorica interpretatione. Cum enim nimius poëtæ amor occaſionem allegoricæ interpretationi & originem dederit, debilitato ſublatoque fundamento cadit univerſa ſuperſtructarum obſervationum congeries. —— Sed alia ſunt, quæ inſtitutum iſtud oppugnant. Imo ipſa explicationum inde enatarum contemplatio abſurdam ejus rationem ſatis declarat. Quam contorta illic omnia, quam longe quæſita! Centum diverſarum nationum ritus omnis ætatis uni loco explicando advehuntur: univerſa veteris & mediæ Philoſophiæ complexio ſoli alicui vocabulo in myſticum ſenſum rapiendo inſervit: Plauſtra adferuntur conjecturarum, explicationum, detorſionum, atque ex his non una aliqua quæ ſimpliciſſima ſit, eligitur, ſed omnes inter ſe componuntur ſimulque ſumtæ explicationem pariunt loci propoſiti. Cogitate nunc quid ab ejusmodi interpretandi ratione exſpectandum ſit: Atqui hoc ipſum Porphyrii & Platonicorum eſt inſtitutum. Lege libellum de Antro Homerico, & videbis, quam vere hæc dicantur.

VI. Præterea quid abſurdius quæſo, quam opiniones Poëtæ tribui ridiculas, nec ſolum a veritate rei & ipſius quoque placitis alienas, verum diu etiam poſt ejus ætatem a Philoſophis excogitatas? Varia poſſem exempla hujus abuſus afferre, ſed nolo μηκυνειν τον λογον. Ne ασυμβολος ſim, unicum ſumemus, & quidem iſtam auctoris libelli περι της του Ὁμηρου ποιησεως (neque enim a Plutarcho ſcriptus, ut mox adparebit) diſputationem, merito a Rapino riſu exceptam. Viderat hic increpari a quibusdam Homerum ſuum, ut qui minus vero ſimiliter nunc Archilochum, nunc Hectorem cum equis diſſerentes induceret, neque defuit quod obmoveret, etſi tantum abſit, excuſari hac ſolutione poëtæ audaciam, ut potius magis illam deridendam præbeat: ſed obmovit tamen, & ſapienter hoc optimoque conſilio ſcriptum clamat: Quippe revocandum in memoriam dogma μετεμψυχωσεως eſſe, quod Homerus dum noſſet, & ipſe forſan amplecteretur, prudentiſſime illum ſermonem ad equos inſtituiſſe, hac vel illa herois animula forte obſeſſos, ſanæque adeo mentis ac rationis compotes. —— Quid vero, Lector! potuiſſet ne aliquid magis joculare excogitari? Quanto melius dixiſſet: fateor, committit hic poëta quod abſurdiusculum videri poſſit, at enim donandum hoc ætati ejus, donandum furori poëtico: neque levis macula tanto in-

genio quidquam obeſt (a). —— Satis bene hic argumentatur Plutarchus, libello aureo de audiendis poëtis: Ὁταν ϑν, inquiens, ατοπον τι και δυσχερες εν τοις ποιημασι λεγηται περι των Θεων, η δαιμονων, η αρετης, ὑπ' ανδρος ελλογιμου και δοξαν εχοντος, ὁ μεν ὡς αληθη προσδεξαμενος λογον οιχειται φερομενος, και διεφθαρται την δοξαν. ὁ δε μεμνημενος αει και κατεχων εναργως της ποιητικης την περι το ψευδος γοητειαν, και δυναμενος λεγειν ἑκαστοτε προς αυτην·

Ω μηχανημα, σφιγγος αιολωτερον!

= - - = ουδεν πεισεται δεινον, ϑδε πιστευσει φαυλον, κ. λ. quibus gemina paullo poſt addit, omnino hic conferenda.

VII. Pariter etſi omnes iſtas de Diis narrationes, etiam quæ res tradant minus congruas, de quibus eleganter Xenophanes, vetus Poëta (b):

Παντα Θεοις ανεθηκαν Ὁμηρος ϑ', Ἡσιοδος τε,
Ὁσσα παρ' ανθρωποισιν ονειδεα και ψογος εστιν,
Κλεπτειν, μοιχευειν τε, και αλληλους απατευειν·

Et quarum cauſſa Homeri quoque animam pœnas apud inferos luere, finxit ille apud Diogenem Laërtium; (c) etſi inquam omnia hæc figmenta phyſice explicanda eſſe, ipſi etiam Ciceroni viſum fuerit, non poſſum equidem tamen aliter mihi perſuadere, quam maximam eorum partem ludenti Poëtæ ingenio, aut, ut cum Plutarcho loquar, τῃ της ποιητικης περι το ψευδος γοητειᾳ tribuendam eſſe.

At ut infelices ejusmodi interpretationum ſucceſſus plenius edoceris, ſpecta pauliſper Lector, ut jam ante dixi, ingentes illos conjecturarum cumulos, quibus Homerum quaſi obruerunt allegorici & phy-

(a) *Hoc dici a Riccio ſatius fuiſſet, quam inanes afferri excuſationes, quæ cauſſam nihil quidquam juvant. v. Tom. II. Diſſert. Homeric. p.* 79. 80. (b) *Apud Sext. Empiric. L. IX. liberius olim ſic vertebam:*

Omnia, quæ nobis inhoneſtaque fœdaque habentur,
Numinibus tribuere ſuis & Homerus & audax
Heſiodus, furta & ſtuprum fraudesque neſandas.

(c) L. *VIII.*

phyſici ſenſus patroni. Quanta non illarum diverſitas, quanta ſæpe repugnantia! neque etiam fieri aliter potuit, quin, dum contrariæ interdum opinionis adſeclæ, ſinguli tamen ſuas in eo quærerent, diverſa etiam & contraria illi commenta adſcriberentur, quorum alterutra falſa eſſe neceſſe ſit. Ne quid nunc dicam, plerumque ejusmodi explicationes aut coactas & parum probabiles, aut abſurdas & nugatorias eſſe. Bene Tan. Faber (a), „ſi quæ ibi de Diis dicuntur", inquit, „ ea de hominibus", (ſic voluerat Longinus) „ heroica „ virtute præſtantibus, intelligenda erunt, tanta conſequetur abſur„ ditas, vix ut ſe Homerus tueri poſſit. Magnum argumentum vi„ deo, nec leviter tractandum. Nam Homerum amo, at ita tamen „ ut vitia, nugas, & ſomnia, &c. Hem, res odioſas!" —— Neque alia Plutarchi fuit opinio, cui profecto Homerus ἀψευστος non habebatur, uti jam vidimus. Egregia ſunt ejus verba Cap. VII. libelli vere aurei: Ὁ δε παντα θαυμαζων, και πασιν εξοικειουμενος, και καταδεδουλωμενος τη δοξη την κρισιν ὑπο των ἡρωικων ονοματων, ὡσπερ οἱ την Πλατωνος απομιμουμενοι κυρτοτητα, και την Αριστοτελους τραυλοτητα, λησεται προς πολλα των Φαυλων ευχερης γενομενος· δει δε μη δειλως, μηδε μετα δεισιδαιμονιας εν ἱερῳ Φριττειν ἁπαντα, και προσκυνειν, αλλα θαρσαλεως εθιζομενον επιφωνειν, μηδεν ἡττον τω ορθως και πρεποντως, το ουκ ορθως και ου προσηκον·

VIII. Præterea obſervari etiam oportet, ea omnia quæ de Diis aliisque ejus generis rebus, minus notis neque tam facile ſub ſenſus cadentibus, paſſim Poëta adſperſit, tantum ut παρεργα conſiderari debere, quibus ſi tot myſteria, tot abſtruſiſſimas opiniones involverit, violatarum carminis legum haud injuria reus haberetur: Quid enim? nonne hæc præcipua poëtæ dos eſt, ut populariter ſcribat, ſervata licet gravitate dictionis & ſublimitate? At noſſe velim, quomodo contra hanc carminis legem peccari evidentius poſſit, quam ſi quis abſtruſiſſima Philoſophiæ placita, ex intimis Phyſices & Theologiæ receſſibus petita, poëmati ſuo paſſim inmiſceat, etiamſi hiſtorica quadam aut fabulari veſte induta, quibus explicandis Oedipo aliquo aut Lynceo interprete ubique opus foret? Sed videamus porro: Prima carminis & præcipua virtus habetur *inventio*: At nonne inventionis leges id unice ſpectare poëtam jubent, ut prin-

ci-

(a) *Ad Longin. Sect. IX.*

cipem quam tractat materiam (a), cum narrationibus veris, ut locorum descriptionibus, &c. tum figmentis etiam & imaginibus poëticis (b) passim per totum opus exornet? Concessis his, quæ controversia carent, apparet recte Homerum & pro instituti ratione egisse, cum fabulares historias & figmenta poëtica hic illic inspergeret. —— Quod si data opera naturam Deorum explicuisset, posset aliqua suspicio moveri, si forte quæ de illis fabulabatur, physice & allegorice sumi deberent: Nunc cum παρεργα tantum sint & ornamenta magni operis, nihil prorsus allegoriis concedimus: quantumvis enim in his ipsis excursibus maxima Epici carminis sita sit elegantia, manent tamen illi nihilo secius excursus & παρεργα, neque ipso opere ornatiores, nedum obscuriores, esse debent.

IX. Majus dico: non potuit Homerus non solum in his genio indulgere, sed & debuit pro ratione instituti ornamentum operi suo a fictionibus quærere. Leges artis poëticæ in genere, sed præsertim carminis Epici, valde multum ingenio permittunt: imo carmen sine fabula aut figmentis passim insperfis non admittunt plane. Ουκ ισμεν αμυθον και ανευδη ποιησιν ait Plutarchus (c), qui Socratem testatur judicasse, ποιησιν ουκ ειναι, ἡ ψευδος μη προσεστι· (d) Sive autem fabulas cum Popio & recentioribus distinguas in *probabiles* (e), *allegoricas* (f) & *mirabiles* (g), sive aliter de illis judices, parum refert: Hoc cavendum semper fuit, nequid verisimilitudo detrimenti caperet (h), cui carminis legi an ubique Homerus satisfecerit, non definiverim: neque id hujus est loci disputare. Illud Lectori persuadere volui, pessime illos de Poëta mereri, qui figmenta & fabulas undique ab ejus operibus arcent, nihil relinquentes præter enarrationem fictæ historiæ, physicis quibusdam observationibus passim ornatam, quod profecto monstrum est non carmen.

X. Sed

(a) *Fabularis hæc plerumque est in carmine Epico & in se ficta, vel saltem falsitatis suspecta: quomodo excidium Trojæ, & errores Ulyssis apud Homerum: adventus Æneæ in Italiam apud Virgilium. v. Rapin sur la Poët. §. XX.* (b) *Apparet hinc, eleganter Voltairium, in Henriade sua, hic illic in genio indulsisse & fictas narrationes veris inmiscuisse, quod non debuisset ipsi vitio verti a Watkinsono in opere anglico recens edito:* Essay on Criticism. (c) *l. c.* (d) *Id. Opp. T. II. p.* 347. *sq. Lucian. de Hist. Scrib. D. Chrysost. Orat. XI. Rapin sur la poët. §. XXII. Voltaire Essay sur le poëme Epique.* (e) The probabel. (f) The allegorical. (g) The marvellous fable: *v. Pope's works Tom. VII. p.* 270. (h) *Rapin l. c.*

X. Sed manum de tabula. Vides ex his, Lector, non magni a me fieri allegoricam interpretandi rationem: Primas fabularum origines non rejicio, ſed neque omnia philoſophice velim explicari, quæ poëtæ narrant, ita ut quidvis e quovis pro arbitrio exſculpamus: — Non poteram commode ad examen antri Homerici pergere, niſi præmiſſis hiſce, quæ fundamenta ſubvertunt explicationis a Porphyrio datæ. Hac ruente, opus eſt ut nova ſubſtituatur interpretatio, Porphyriana vero ſimilior & probatior. —— Eum in finem

Nunc in Ithacam pedibus eundum eſt mihi,
Ut omnem hanc rem tibi ex amuſſim diſputem. (a)

(a) *Plaut. Menæchm.*

DIS-

DISSERTATIO
HOMERICA
AD PORPHYRIUM.

CAPUT II.

I. *Hiſtoria adventus Ulyſſis in Ithacam, ſecundum narrationem Poëtæ, & facies loci, qui deſcriptionem continet antri.* II. *Deſcriptio Ithacæ inſulæ ejusque ſitus.* III. *Portus Phorcyni ſacer, atque in eo oliva:* ταυφυλλος *quid ſit: Scaliger notatur & Petitus.* IV. *Prope olivam antrum, cujus deſcriptio per partes recenſetur.* V. *An reapſe ejusmodi ſpelunca exſtiterit.* VI. *Facies antri:* επηρατος *quid:* ηεροειδης *quomodo hic accipiendum; variæ hujus vocis notiones: notantur interpretes Homerici: explicatur Poëta ipſe variis locis, etiam Apollonius Rhodius.* VII. *Nympharum cultui cur ſacratus hic ſpecus: Antra Nymphis propria: unde* αντριαδες: Νυμφαια & Νυμφωνες *quid: cur Najades ſpeciatim, nec Nereides, hic occurrant: notantur Scaliger & Pope:* Najades *de Nymphis* marinis. VIII. *Duo antri* oſtia: θυρα *quomodo accipiendum: cur duo oſtia, non plura: caſtigantur ſuſpicaces myſteriorum patroni. Oſtiorum deſcriptio quomodo intelligenda: omnia ſimpliciter explicantur e natura loci, & ſitu ſpeluncæ.* IX. Crateres & amphoræ *in antro cur poſita: an* in iis *apes mel deponere Poëta dicat: notantur Porphyrius, Spondanus, Holſtenius, &c. quem uſum præſtiterint:* Crateres *donariorum loco Diis ponebantur.* Mel *quomodo Nymphis conveniat.* X. ἱστοι *quid ſint: An de* inſtrumentis textoriis *vox ſit accipienda:* ἱστος, malus navis: ἱστιον, ἱστεων & ἱστων, *&c. Cur hi in antro poſiti: varia donariorum genera Diis marinis poſita: Cur* lapidei *non* lignei: *materia, e qua donaria fiebant, varii generis.* XI. Φαρεα ἁλιπορφυρα, *cur hic occurrant: Nymphæ* textrices: *Spondanus notatur.* XII. Aquæ *in antro: cur*

αενα-

αενααοντες, & quid id ſit: Scaliger notatur. Scaturigo fluminis in ſpelunca noſtra fuit, quomodo ſæpe alibi. XIII. *Confirmatur noſtra explicatio. Cur hæc Porphyriana ſit potior.* XIV. *Virgiliana loci Homerici parodia: comparatio utriusque deſcriptionis: concluſio.*

I. Ultima, in quam Heros Homericus, antequam ad patrias ſedes reverti licuit, delatus fuit, fertilis Phæacum erat regio (a), quorum Rex Alcinous, nobiliſſimi olim horti auctor & artifex (b), per aliquod temporis ſpatium illum apud ſe detinuit. At impatiens moræ Ulyſſes contendit a Rege, ut ſibi redire in Ithacam liceret: (c) qua tandem impetrata venia, itineri ſe adcinxit, & conſcenſa navi fatigatus multis laboribus in ſomnum incidit gravem, erat enim ut Poëta ait (d)

Νηγρετος, ἡδιστος, θανατῳ αγχιστα εοικως·

Paullo poſt Phæaces ad continentem adpellunt, & eo quidem loco, ubi antrum erat Nymphis ſacrum, in limine portus recipiendis navibus commodiſſime poſitum. Audiamus ipſum Poëtam (e)

Ευθ' αστηρ ὑπερεχε φαανταθος, ὁστε μαλιστα
Ερχεται αγγελλων φαος Ηους πριγενειης·
Τημος δη νησῳ προσεπιλνατο ποντοπορος νηυς·
Φορκυνος δε τις εστι λιμην, ἁλιοιο γεροντος,
Εν δημῳ Ιθακης· κ. τ. λ.
Αυταρ επι κρατος λιμενος τανυφυλλος ελαιη,
Αγχοθι δ' αυτης αντρον επηρατον, ηερόεις,
Ἱρον Νυμφαων, κ. τ. λ.
Ενθ' οἱ γ' εισελασαν, πριν ειδοτες· ἡμεν επειτα
Ηπειρῳ επεκελσεν, ὁσον τ' επι ἡμισυ πασης
Σπερχομενη· τοιων γαρ επειγετο χερσ' ερεταων·

Delati in continentem Phæaces dormientem etiam nunc Ulyſſem ingenti donorum copia dotatum deponunt in antro (f), qui haud diu

(a) *Inſula Corcyra, cujus hiſtoriam ſcripſit Marmora, ſed obſcurum ejus laborem longiſſime ſuperavit Cardin. A. M. Quirini in Primordiis Corcyræ.* (b) *v. Diatr. noſtr. de Cepotaph.* (c) Odyſſ. ν'. 36. (d) *v.* 80. *coll. v.* 92. (e) *v.* 93–115. (f) *v.* 116.

* * *

diu poſt expergiſcitur, neſcius quid ſibi eveniſſet aut ubi verſaretur (a): mox obviam ſibi Minervam ſub forma paſtoris alloquitur & de tractu terræ interrogat (b); quæ primum aliena ſimulans calliditatem Ulyſſis explorat, dein heroi, quæ qualisque eſſet, ſignificat eique ſitum regionis declarat (c), inter alia ipſum etiam illud in quo agebat antrum deſcribens (d). Operæ pretium erit loquentem audiviſſe, ſic ait:

Φορκυνος μεν ὁδ' εστι λιμην, ἁλιοιο γεροντος
Ἡ δε δ' επι κρατος λιμενος ταναυφυλλος ελαιη·
Αγχοθι δ' αυτης αντρον επηρατον, ηεροειδες·
Ἱρον Νυμφαων, αἱ Νηϊαδες καλεονται·
Τυτο δε τοι σπεος ευρυ κατηρεφες, ενθα συ πολλας
Ερδεσκες Νυμφησι τελησσας ἑκατομβας·
Τυτο δε Νηριτος εστιν ὄρος, καταειμενον ὑλῃ·

Inde ſtatim ſe proripit Dea (e), deſeritque Ulyſſem, qui inexſpectato ſucceſſu lætatus, Nymphis loci tutelaribus ſupplicat iisque grati animi dona obfert: (f)

Γηθησεν Ϝ αρ' επειτα πολυτλας διος Οδυσσευς
Χειρων ἠ γαιῃ· χυσε δε ξειδωρον αρυραν·
Αυτικα δε Νυμφης ηρησατο χειρας ανασχων·
Νυμφαι Νηϊαδες, κυραι Διος, υποτ' εγωγε
Οψεσθ' ὑμμ' εφαμην· νυν δ' ευχωλης αγανησι
Χαιρεϝ', αταρ και δωρα διδωσομεν, ὡς τοπαροσπερ κ. λ.

Mox ad eum revertitur Dea (g), luſtratisque quæ Phæaces apportaverant donariis, antri fores lapide obſtruit (h), & conſilia ſub olivæ ramis cum Ulyſſe confert, de opprimendis Penelopæ procis, regnoque avito in poteſtatem redigendo (i). Hæc narrationis Homericæ ſeries: nunc age prius ipſum antri ſitum in portu Ithacenſi, dein formam ejus & rationem paullo accuratius contemplemur.

II. Deductum te in Ithacam vides, Lector, quæ una eſt inter in-

(a) v. 187. (b) v. 221. (c) v. 236. (d) v. 345. (e) v. 362. (f) v. 353. (g) v. 361. (h) v. 370. (i) v. 372.

inſulas magnæ Græciæ, per ſe quidem ignobilis & parva, at Regis ſui Ulyſſis & Reginæ Penelopes nominibus celebratiſſima (a). Ab oriente Peloponneſum, ab occaſu mare Jonium, a ſeptemtrionibus Leucadiam & Echinadas ac forte Dulichium quoque quam Strabo (b) inter Echniadas refert, a meridie denique Cephaleniam & Zacynthum ſpectat. In ipſo continente πολις eſt και λιμην, ut Scylax teſtatur (c): urbs nimirum cognominis auctore Ptolemæo (d), & *portus*, Φορκυν dictus teſte Artemidoro Geographo in fragmento apud Porphyrium (e): Homerus λιμενα appellat Φορκυνος (f), manifeſto indicio, vel Templum in hoc portu fuiſſe Phorcyni ſacrum, ſecundum Scholiaſtem Homeri (g) & Euſtathium (h), vel portum ipſum Phorcyni conſecratum atque ab eo nomen mutuatum fuiſſe. Notus eſt Phorcyn, marinum Numen, locis Apollodori (i), Artemidori (k), imo ipſius jam Orphei (l) aliorumque: enimvero ipſe Poëta eum ἁλιον γεροντα vocat:

Φορκυνος δε τις εστι λιμην, ΑΛΙΟΙΟ ΓΕΡΟΝΤΟΣ·

Quo cognomine alibi Nereum appellaverat (m): Unde non erat cur hic ſcrupulum moveret Cellarius (n). Και περι μεν Ιθακης ταυτα.

III. In ipſo portu Phorcyne vel Phorcynide binæ erant rupes præruptæ, quas, quia continentem a mari dividebant, ακτας Homerus vocat (o): hæ portum commodiſſimum ſuo ambitu efficiebant, aptam tutamque recipiendis navibus ſtationem. In limine portus, επι κρατος τω λιμενος ait Homerus, *olivæ* erat Minervæ ſacra, eaque foliis late expanſis ſpectanda. Notum eſt, veteres arborem aliquam Deo Deæve dedicantes ſemper inſignem aliquam & præ reliquis eminentem legiſſe: ſic in fabula Eriſichthonis apud Ovidium (p), de luco Cereali:

Stabat in his ingens annoſo tempore quercus
Una nemus: vittæ mediam memoresque tabellæ
Sertaque cingebant, voti argumenta potentis;

Aliud exemplum idque perinſigne eſt apud Lucanum; ſed locus longior eſt quam ut hic totus deſcribi poſſit.

Talis

(a) *P. Mela L. II.* (b) *L. VIII.* (c) *In Periplo.* (d) *L. III. & Strab. L. X.* (e) *de Antro Nymph.* (f) *Odyſſ. ν'. 96. 345.* (g) *Ad l. c.* (h) *Ad Odyſſ. ν'.* (i) *L. I. ex emendatione Galei.* (k) *L. II. ονειροκρ. c. 43.* (l) *Fragm. VIII. 26. ed. Gesneri.* (m) *Odyſſ. Ω.* (n) *Notit. Orb. Ant. T. I. p. 1003.* (o) *Odyſſ. N. 98.* (p) *Metam. VIII.*

Talis & hoc loco ταυφυλλος ελαιη· neque enim ad folia ſpectat adjectum illud, ac ſi Homerus crediderit folia olivæ *lata* eſſe, ſed ad cacumen arboris late expanſum & foliis ramisque inſigne. Unde ruit importuna Scaligeri (a) cenſura, qui erroris Poëtam reum agit, cum brevia potius olivæ folia ſint quam lata: Ruunt etiam operoſæ illorum nugæ, qui & hinc neſcio quæ myſteria exſculpunt, ridicula tenuis ingenii ſui ſomnia nobis ὡσπερ εκ τριποδος obtrudentes. Vide locum Petiti, quem in Collectaneis (b) dabimus. —— Cæterum uti hic oliva Nympheo fuit appoſita, ita apud Antoninum Liberalem (c) etiam arbores fano Nympharum additæ leguntur: ſed hi proprie paſtores erant a Nymphis ipſis in arbores mutati: alia exempla arborum locis ſacris adpoſitarum alibi dedimus (d).

IV. Prope hanc olivam, αγχοθι ait Poëta vel εγχοθι αυτης, antrum erat, illud nempe in quo dormientem Ulyſſem una cum donariis depoſuerant Phæaces (e), quodque nunc aliquanto copioſius deſcribendum ſibi ſumit Poëta. Erat illud in genere επηρατον και ηεροειδες, quod quomodo accipiendum ſit, infra excutiemus: ſpeciatim vero Nymphis erat conſecratum earumque cultui & quidem *Najadibus*, hoc eſt iis quæ *fontium* curam genere credebantur. Quod ad externam ejus formam adtinet, duobus oſtiis inſtructum fingitur, boreali altero, altero auſtrali; hoc ſolis Numinibus, τοις αθανατοις, illud non niſi mortalibus teri creditum. Intus tria potiſſimum memorantur notatu digna: 1. Crateres & amphoræ lapideæ, in quibus mel ſuum apes deponunt. 2. Ἱστοι, mali navium, vel textoria: & hi quidem lapidei itidem ut crateres: 3. Nymphæ, telas texentes ἁλιπορφυρας, quod viſu mirabile eſſe Poëta teſtatur. 4. Denique aquæ continuo fluentes ſive ὑδατα αενναοντα. Hæc antri facies.

V. Deſpiciamus nunc primum, exſtiteritne reapſe ejusmodi Antrum in portu Ithacenſis inſulæ. Non diffiteor, paullo obſcuriorem vetuſtatis hic eſſe memoriam: neque deſunt tamen argumenta, quorum ope ſapere in his poſſimus. Inprimis cum ipſi etiam adverſarii, alle-

(a) *Poëtices L. V.* (b) *Parte II.* (c) *Metam. XXXI.* (d) *Diatr. de Cepotaph.* (e) *Supra I. §. 1.*

allegoricæ nimirum interpretationis patroni, faciles ſe nobis præbeant. Et in ipſa quidem poëtæ narratione, ſi recte intellexeris, nihil eſt, quod veroſimilitudinis leges excedat, nihil cur improbabile credas antrum alicubi fuiſſe, quale ab Homero deſcribitur. Data opera id in ſequentibus contra Porphyrium demonſtrabimus. Quod vero ad Geographos adtinet eorumque relationes, eæ uti de hoc antro per ſunt paucæ, ita valde etiam ſunt diverſæ: adfirmantibus aliis, aliis omnem hanc rem ſi non plane negantibus, ſaltem in dubium vocantibus. Memoratu dignum eſt Strabonis (a) teſtimonium, prudentiſſimi ſcriptoris & peraccurati; Is dum in eo verſaretur, ut probaret ſitum locorum & faciem terræ ſuo tempore longiſſime differre ab ea, quam Homerus paſſim deſcripſerat, imagine, in hanc rem etiam antrum adfert Nympharum, nullam ejus ſua ætate memoriam exſtare teſtatus: Εν τε τη Ιθακη, inquit, ουδεν εστιν αντρον τοιουτο, οιον φησιν Ομηρος· Βελτιον δε αιτιασθαι μεταβολην η αγνοιαν, η καταψευσιν των τοπων κατα το μυθωδες· Τυτο μεν δη ασαφες ον, εω εν κοινω σκοπειν· Diſertiſſimum hoc eſt, quod in tanta monumentorum penuria nobis reſtat teſtimonium. Porphyrius, cujus ætate plures ſupererant Geographi, plura etiam in hanc rem conferre potuit. Ejus judicio negligentius illi videbantur ſcripſiſſe, qui omnem in univerſum narrationem figmentis poëticis adnumerabant: Cum ii contra, qui ſitum loci accuratius & data opera deſcripſerant, antrum ejusmodi eo in loco poſitum memorare non neglexiſſent: inprimis, inquit, Artemidorus hoc fecit Epheſius, Geographus celeberrimus (b), cujus inſigne hanc in rem fragmentum adducit. Neque alia Strabonis fuit opinio. Etſi enim adfirmet ſuo tempore nulla antri ejusmodi veſtigia durare, tamen certo ſibi perſuaſum habuit ætate Homeri tale aliquid exſtitiſſe, quod inde apparet, quia exempli loco illud adducit, ut probaret mutatam fuiſſe variarum regionum & locorum formam, ex quo Homerus illarum deſcriptiones carmine conſignaſſet.

Conficimus itaque ex his, deſcriptionem Homericam figmentorum loco habendam non eſſe, ſed revera ejusmodi antrum eo tempore in portu Ithacenſi exſtitiſſe, quod dein vitio temporis mutatoque ipſo tractu priſtinam primum formam amiſerit, dein integrum vel terra oppletum vel prorſus deſtructum ac dirutum fuerit.

Reſtat, ut ſingulas ejus partes, prout ab Homero deſcriptas legimus,

(a) *Lib. I.* (b) *v. Animadv. ad Porphyr.*

mus, paullo accuratius contemplemur, quo facilius rejectis Porphyrii conjecturis veram ipsius Poëtæ mentem indagare possimus. Intra, Lector, Nymphæum; nam & hic Dii sunt.

VI. In genere antrum επηρατον erat και ηεροειδες. Prima vox nota est & dubium non admittit: sed ηεροειδες illud Porphyrium vehementer torsit: Noverat is, vulgarem vocis notionem, qua quidquid *obscurum* est & *caliginosum* indicatur, ac proin mire se adfligebat ut contraria hæc duo secum invicem conciliaret: neque enim persuadere sibi poterat, locum aliquem simul επηρατον, h. e. *jucundum*, ac *tenebrosum* esse posse. Hinc disputationes illæ de materia & forma, περι της ὑλης και περι τυ ειδυς και περι της συμπλοκης τυ ειδυς, ex intimis Philosophiæ Platonicæ recessibus petitæ. Sed non videbat homo recurrendum ad ipsas voces esse, ut tenebras antri sui dispelleret. Videamus num quid exsculpi a nobis possit, quod probabilius videatur. Quod ad primum adtinet adjectum, nulla hic difficultas: επηρατον est, omne quod *gratum* & *jucundum*, quod *amabile* habetur. Hesychius: Επηρατον, επεραστον. Similiter Scholiastes Homeri variis locis. Sic πτολιεθρον επηρατον, εἱματα επηρατα, aliaque id genus apud Poëtam: επηρατος χωμος in Anacreonte &c. Gravior explicatio sequentis ηεροειδης, in qua quidem voce intelligenda mirum est quanta in animis interpretum Homericorum semper inscitia sit versata. Equidem frustra omnes ad unum evolvi, qui hunc locum illustraverant: nemo, qui non *obscuri* notionem, invito totius narrationis complexu, intrudere conatus sit: Visum est mihi eveniisse ut illi apud Comicum (a), qui

> *Abeo* inquit *ab illis, postquam me video sic ludificarier,*
> *Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios, una res:*
> *Omnes compacto rem agunt.*

Ipse Porphyrius, etsi difficultates, quæ ex hoc sensu nascebantur, pro ea qua erat sagacitate, haud difficulter perspiceret, maluit tamen ad allegorias recurrere, quam notionem communi interpretum consensu jam tum, ut videtur, receptam in dubium vocare ac deserere. Quæ res tanto magis mira videri potest, quo facilior veræ, no-

(a) *Plaut. Capteiv.*

notionis ſit indagatio. Quantumvis enim *tenebricoſi* & *obſcuri* uſu paſſim ſumatur (a), tamen plura in ipſo Homero loca exſtant, ubi *obſcuri* notio nullo modo poteſt admitti: ſic ὁσσον ηεροειδες, Iliade quinta (b) eſt quatenus aër ſive cælum extenditur oculisque patet ad horizontem usque, explicante ipſo etiam Scholiaſte (c). Luculenter Heſychius: Ηεροειδες] αερωδες, μεγα, δια τυ αερος εκτασιν των οφθαλμων, μηδενος εμποδιζοντος, ὡϛε και τα διεϛωτα εκ πολλυ ὁραν· δηλοι τε και το ζοφωδες, και σκοτεινον, και αερωδες τη χροιᾳ. Noviſſima opportune: proprie vox *cæruleum* omne indicat; eſt enim ηεροειδης pro αεροειδης vel αεροεις· (d) atque hinc explicanda ſunt illa Poëtæ loca, ubi mare ηεροειδες vocat, in quibus omnibus Latini interpretes *mare nigrum* reddiderunt, ſatis abſurde: niſi forte quis *ampli latique* notionem maluerit intelligi (e), ad exemplum alius loci, ubi ipſe Poëta πονϛον ευρεα appellat (f). Nam & hunc uſum vox admittit, quod hic omnino obſervandum. Scholiaſtes Homeri: Ηεροειδες. μεγα και αναπεπταμενον, ευσχιον. Heſychius: Αεροεν. μελαν, βαθυ, μεγα. Hinc explicandus Apollonius Rhodius L. IV. Argonaut.

\- - - - - Ταδ' ΗΕΡΟΕΙΔΕΑ λευσσειν
Ουρεα δοιαζοντο χεραυνια.

Ubi interpres communem vulgi errorem ſecutus *obſcuros etiam montes* reddidit. Explica nunc eodem ſenſu antrum Homericum & videbis ſtatim diſpulſis tenebris, ſua ſponte omnes a Porphyrio motas difficultates evaneſcere. Neque enim pugnat, locum aliquem ſimul *late extenſum* & *jucundum* eſſe, ſed pugnaret quodammodo *obſcurum* ſimul & *jucundum* videri. (g) Τυ σκοτεινυ υδαμως επερατυ οντος, αλλα μαλλον φοβερυ, ut ait Porphyrius. Aliam nonnihil viam ingreſſus eſt Scholiaſtes Poëtæ, cui abſurda communis ſententiæ ratio videtur ſubluiſſe: Is cum ad iſtum Poëtæ locum perveniſſet, ubi Minerva antrum cum Ulyſſe intrat, donaria Phæacum luſtratura (h), σπεος ηεροειδες explicat το νυν καθαρον αερα εχον. At mihi quidem prior etiamnum explicatio probatur, qua antrum intelleximus fuiſſe ſimul μεγα και αναπεπταμενον, *amplum lateque extenſum* & επηρατον, h. e. *jucundum*.

VII. Erat

(a) *Huc refero* ηεροειδια πετρα, *Odyſſ.* μ'. & τετραορον ηεροεντα *Iliad.* θ'. *quicum convenit Apollonii* ηεροεν σομα βοσπορου *L. I. Argon. ubi v. Schol. & Suid. v.* (b) *v.* 770. (c) *ad h. l.* (d) *v. Salmaſ. Exerc. Plin.* (e) *Phavorin. v.* (f) *Odyſſ.* μ'. (g) *v. Etym. M. v.* ηεροειδες αντρον. (h) *v.* 366.

VII. Erat hoc antrum Nymphis ſacrum deſtinatumqee religioſo earum cultui, ſpeciatim illi Nympharum generi, quæ fluminum curam gerebant, Najadum nomine:

Ἱρον Νυμφαων, αἱ Νηϊαδες καλεονται·

Obſervari hic meretur, Nymphas a veteribus, certe Najades, ſemper in antris fuiſſe cultas (a). Uti enim pleraque vetuſtiſſimis temporibus ſacra in ſpecubus adminiſtrabantur, qua de re quædam in animadverſionibus ad Porphyrium dicemus, tum ſcilicet cum antra etiam ædium uſus præſtabant

ac frigida parvas
Præberet ſpelunca domos, umbramque laremque,
Et pecus & dominos communi clauderet umbra:

Ita ſequiori quoque ævo peculiaris hic locus Najadum cultui manſit, quod inde factum videtur, quoniam in regionibus ſaxoſis aquarum fluvialium, quibus Najades præſunt, ſcaturigines plerumque in antris & ſpeluncis naſcantur: Hinc αντριαδων ortum cognomen, quod reperitur in Epigrammate Græco (b):

Παιγνιον ΑΝΤΡΙΑΣΙΝ Διονυσιος ανἐθετο Νυμφαις,
(Δωρον δ' εξ ἱερας ειμι Πελωριαδος·)
Ὑιος Πρωταρχυ· σχολιος δ' εξεπτυσε πορθμος,
Οφρ' ειην λιπαρων παιγνιον ΑΝΤΡΙΑΔΩΝ.

Inſignis eſt gloſſa Phrynichi Arabii, cujus Παρασκευην Σοφιστικην MS. ſervat Cl. Ruhnkenius: Αντριαδες Νυμφαι] ὡς εν τοις ναμασι διατριβουσαι, Ναϊαδες· και εν τοις ορεσιν, Ορεστιαδες· και Ἁμαδρυαδες· και αἱ περι τας νομας των τετραποδων, επιμηλιδες, ὁτι μηλα ἁπαντα τα τετραποδα καλουσιν οἱ αρχαιοι· Dicebantur ſacri hi ſpecus *Nymphæa*, Græcis Νυμφεια vel Νυμφαια, απο των Νυμφων (c): interdum etiam Νυμφωνες (d), proprio vocabulo. Cæterum animadverti meretur diligentia Poëtæ, qui non ſimpliciter Nymphis ſacrum ait hoc antrum fuiſſe, ſed cum varia eſſent Nympha-

(a) *Adſunt quidem exempla Templorum iis ſtructorum, ſed perpauca: v. Ferret. Muſ. Lapidar. p.* 32. (b) *Antholog. Reiskii p.* 31. *Suid. v.* (c) *v. Holſten. Explic. Vet. Picturæ Nymph. refer. Tom. IV. Theſ. Ant. Rom. & Ferret. Muſ. Lapidar. p.* 108. (d) *Pauſan. L. II. p.* 104. *Spanhem. ad Callim. H. in Del. Turneb. adverſar. lib.* 29.

pharum genera (a), Najadas ſpeciatim nominat, earumque cultui dedicatam hanc ſpeluncam teſtatur. Etiamſi enim haud procul a mari antrum eſſet poſitum, magis tamen Najadibus, quam Nereidibus convenit, ideo quod aquæ fluvialis illic ſcaturigo oriebatur, cujus præſides Nymphas oportebat eo in loco religioſis ritibus coli. Quæ cum ita ſint, apparet quam injuſte iterum Scaliger (b) Homerum eo nomine reprehenderit, ut qui Najadas male pro Nereidibus poſuiſſet (c); apparet etiam, minus caute doctum Poëtæ interpretem Popium egiſſe, dum, Scaligeri cenſuram præter rei veritatem amplexus, in Anglica ſua Odyſſeæ verſione Nereides ubique pro Najadibus ſubſtitueret. Videamus nunc, recte ne omnia Nymphis conveniant, quæ in ſequentibus Poëta enumerat, antri ornamenta. Id ſi evicerimus, ſatis credo demonſtratum erit, non allegorice intelligi, ſed proprie accipi & ex uſu antiquitatis explicari, univerſam hanc deſcriptionem debere.

VIII. Quod ad externam antri formam ſpectat, duobus illud oſtiis inſtructum fuiſſe legimus, θυραις ait Poëta: - - - δυω δε τε οἱ θυραι εισιν &c. i. e. non *januis*, quæ vulgaris vocabuli eſt ſignificatio, nam hæ antro non conveniunt, ſed foraminibus tantum quibuscunque & oſtiis αυτοματοις, quomodo haud raro etiam vox θυρα ſolet uſurpari. Imo Porphyrius ipſe in fragmento Diſſertationis de Styge oſtium antri Brachmanum θυραν appellat, etiamſi illud foramen tantum fuerit in rupe excavatum, unde ſcaturigo aquæ profluebat. Hæc obſervatio quem uſum præſtet, mox adparebit. Neque μυστηριωδης haberi numerus debet των θυρων, quod allegoriſtæ crediderunt: quid enim facilius, quam ut ſpelunca aliqua ab utroque latere oſtium habeat vel introitum? Aut vero etiam myſteria erunt quærenda in deſcriptione antri illius, in quo Nymphæ Bacchum educarunt, quodque διθυρον itidem fuiſſe auctor eſt Scholiaſtes Apollonii ad L. IV. Argonaut. διθυραμβου nomen Baccho inde adhæſiſſe teſtatus, δια το ΔΥΟ ΘΥΡΑΣ εχειν το αντρον. (d) Sed non digna ſunt ſomnia, quæ refutentur. Major nobis difficultas objicitur in deſcriptione oſtiorum, quam Poë-

(a) v. *Animadv. ad Porphyr.* (b) *L. V. Poëtices.* (c) *Imo* Najades *etiam* æquoreas *Ovidius memorat L.* XIV. *Metam. unde patet ſi vel maxime Nereides voluiſſet Poëta, quod falſum eſt, tamen Najadum nomen ſuffeciſſe.* (d) v. 1131. *ſeq.*

* * * *

Poëta exhibet, & quæ primo intuitu neſcio quas tenebras videtur præferre, quæ tamen, ſi recte inſpexeris, haud difficulter evaneſcunt. Videamus quomodo loquatur:

. . . . . δυω δε τε οἱ θυραι εισιν,
Αἱ μεν προς βορεαο, καταιβαται ανθρωποισιν,
Αἱ δ'αυ προς Νοτου εισι θεωτεραι, ουδετι κεινῃ'
Ανδρες εσερχονται, αλλ' αθανατων ὁδος εστι.

Fateor absque conjecturis nihil hic poteſt conſtitui. At dicant velim, quos conjecturarum offendit mentio, quis fuerit ante nos, qui explicationem dederit hujus loci, conjecturarum nomine majorem. Num Porphyrius cum allegoriis ſuis? An vero Mottéus Vayerius? Neuter mehercle, ſi quid ego in his video. Sed adſunt loca in auctoribus vetuſtis, quæ etſi eo tempore clariſſima erant, nobis tamen difficulter intelliguntur, ob diverſos temporum mores, mutatas regionum formas, &c. In his qui probabilius divinaverit, propius veritati accedit, mentemque auctoris melius cenſetur adtigiſſe. Id vero ſolum operam dandum eſt in ejusmodi re, ut relictis ambagibus, non quid nos ex hoc illove loco exſculpere poſſimus, ſed quid auctor illis ita conſtituendis ſibi propoſuerit, conjectando adſequamur. Hac via ſi ingreſſi fuiſſent Porphyrius & reliqui allegoriſtæ, myſtice omnia & per figuras interpretati non fuiſſent. Nobis explicatio topographica, e natura loci ſituque inſulæ derivata, ut ſimplicior ita probabilior veroque propinquior habenda videtur. En Lector, quomodo rem accipiendam putem.

Antrum habes Nymphis ſacrum, in ipſo inſulæ portu poſitum, haud procul a mari. In antro duo oſtia, Boreale alterum, alterum auſtro obverſum: hoc ſolis αθανατοις, illud non niſi hominibus pervium. —— Hæc deſcriptio Poëtæ: Pone nunc portum Phorcynidem in Boreali inſulæ parte ſtructum fuiſſe. Veroſimile hoc fit, ubi ſitum inſulæ reputaveris: Corcyra, Phæacenſium inſula, Boream verſus erat poſita, ſupra Ithacam; ac proin facilius fuit Phæacibus ad Borealem Ithacæ partem navem appellere, quam in inferiora ejus latera ſe conferre: appulerunt autem prope oſtium hujus antri, ergo illud in Boreali inſulæ parte ſitum habuit: Conſtituto antri ſitu, portarum rationem haud difficulter inveſtigabimur: ſi enim in boreali latere antrum fuerit, neceſſe eſt portam ejus borealem mare, auſtra-

ſtralem vero inſulam reſpexiſſe. Prius hominum uſibus ſerviebat: Αἱ μεν προς βορεαο καταιβαται ανθρωποισιν· Ac per illud ſacrificia inferebantur & donaria, quibus Nymphis loci tutelaribus nautæ ſupplicabant: per illud etiam Ulyſſem Phæaces detulerunt dormientem, &c. Poſterius ſolis *inmortalibus* erat pervium: Αἱ δ'αυ προς Νοτου εισι θεωτεραι· ουδετι κεινας Ανδρες εσερχονται, αλλ' αθανατων ὁδος εστιν. Poëtice hæc dicta ſunt & nonnihil obſcurius, eleganter tamen, ſi quis recte vim intelligat verborum & mentem auctoris. Difficultas omnis latet in voce αθανατων, quæ cum *animabus* æque conveniat ac *Diis*, ambiguum videri poſſet quidnam ex his intelligi debeat. Prior Porphyrio placuit interpretatio, qui longa argumentorum ſerie nomen αθανατων *animabus* adſeruit. At allegoriarum ſtudio deditiſſimum oportet eſſe, qui *animarum* mentionem in deſcriptione antri Najadibus ſacri quærat: maxime cum αθανατος, ſi abſolute ponatur, ſemper *Divinitatem* aliquam ſignificet. Nobis dubium non eſt, quin *Najadas*, fontium Deas locique tutelares, Poëta intellexerit: vel potius *aquas* ipſas, quibus Najades præerant, quæque ex antro, ubi ſcaturigo erat ὑδατων αεναοντων, haud dubie elabebantur, totam inde inſulam peragrantes undisque ſuis irrorantes. Notum eſt, Numina apud antiquos ſumi de rebus, quibus præerant:

ΕΡΜΗΣ δ' ερμηνευς των παντων αγγελος εστι·
ΝΥΜΦΑΙ ὑδωρ· πυρ ΗΦΑΙΣΤΟΣ· σιτος ΔΗΜΗΤΗΡ·
Ἡδε θαλασσα ΠΟΣΕΙΔΑΩΝ μεγας, ηδ' Ενοσιχθων·
Και πολεμος μεν ΑΡΗΣ, ειρηνη δ' εστ' ΑΦΡΟΔΙΤΗ· κ. τ. λ.

Ait Orpheus in fragmento apud Jo. Diaconum; aliud idque perinſigne exemplum dabimus in Animadverſionibus ad Porphyrium (a). Imo exſtat Platonis locus (b) a Plutarcho (c) poſtea citatus, ubi diſerte *temperandus* inquit *eſt Bacchi ardor commercio Nympharum.* Contra apud Heſiodum in Operibus & diebus ſub finem, *aquæ* ipſæ de Deabus accipiuntur, quas adorari vult Poëta:

Μηδε ποτ' αεναων ποταμων καλλιρροον ὑδωρ
Ποσσι περαν πριν γ' ευξη ιδων ες καλα ῥεεθρα,
Χειρας νιψαμενος πολυηρατῳ ὑδατι λευκῳ.

Ar-

(a) *Cap. XXXII.* (b) *L. VI. de Legibus.* (c) *De aud. Poët. & an ſeni ger. reſp. junge Longin. περι ὑψους, &c.*

Artemidorus ποταμους, και λιμνας, και Νυμφας, jungit in Oneirocriticis (a). —— Atque ſic Homerus, cum Auſtralem portam, quæ verſus inſulam erat poſita, ſolis αθανατοις h. e. *Nymphis* perviam dixit, poëtica tantum dictione indicare voluit, per oſtium illud alterum fontem elabi aquæ vivæ, cujus ſcaturigo in Antro oriebatur, quæque adeo hominibus pervia eſſe non potuit:

Αἱ δ' αυ προς Νοτου εισι θεωτεραι, υδετι χειμῃ
Ανδρες εσερχονται, αλλ' αθανατων ὁδος εστιν.

Si quis recte locum contemplatus fuerit, genio Poëtæ & dictioni paullum adſuetus, non dubito quin explicationem hanc omnium verofimillimam ultro agnoverit. Videamus nunc internam antri faciem.

IX. Hic primum, ait Poëta,

- - - Κρητηρες τε και αμφιφορηες εασι
Λαϊνοι· ενθα δ' επειτα τιθαβωσυσι μελισσαι.

Mire in his ſe rurſus torquet Porphyrius noſter: nos de eorum explicatione non admodum ſolliciti erimus, viam ingreſſi, jam ab Euſtathio calcatam, qui οἱ δε λιθινοι, inquit, κρητηρες και αμφιφορηες αναθηματα Νυμφων χειροποιητα· οικειον δε προς Νηϊαδας τι τοιαυτα δοχεια τυ ὑδατος. *Crateres hi & amphoræ donaria fuerunt Nymphis fabricata: & bene etiam conveniunt aquæ receptacula Najadibus, fontium Deabus.* —— Quippe receptus hic veteribus mos fuit, ut *crateras* Nymphis donariorum loco deponerent, lacte, oleo, melle, aliisque id genus primitiis plenos. Theocritus (b):

Στασω δε κρητηρα μεγαν λευκοιο γαλακτος
Ταις Νυμφαις· στασω δε και ἀδεος αλλον ελαιου·

Neque Nymphis ſolum, ſed & aliis cujuslibet ordinis Numinibus, variis de cauſſis (c). —— Quod vero *Apes* etiam in hoc antro occurrant

(a) *L. II. C. 43.* (b) *Idyll. V. 53. Longus L. II. p. 58.* (c) *Ut Baccho: v. Porphyr. de Antro Nymph. conf. Lycophr. v. 273. Minervæ: v. eund. v. 854. & ad hæc duo loca Tzetz. & Meurs. Diis in genere omnibus,* τοις μακαρεσσιν *v. Apollon. Rh. L. IV. v. 1128. junge Theocr. Idyll. VII. 150. Virg. Ecl. V. 68.*

rant (nam illud επειτα perinde eſt utrum cum Euſtathio ad antrum ipſum, an cum reliquis interpretibus ad amphoras & crateres referas) id novum videri non debet. Solebant paſtores non aquam duntaxat, quod vilius erat donum, ſed & quælibet libamenta, lac, oleum, &c. ut e Theocriti loco jam obſervavimus, Nymphis apponere: ſic Chloë apud Longum (a) ἡ σπενδουσα dicitur ταις Νυμφαις του πρωτου γαλακτος. Imo diſerta etiam *mellis* mentio alibi exſtat: cauſſam rei Scholiaſtes Theocriti (b) reddit ex Ariſtotele, Αὐται γαρ, inquit is de Nymphis, εκθρεψασαι τον Αρισταιον (Cod. MS. Lugd. B. τον Αριστεα), εδιδαξαν την του ελαιου εργασιαν και μελιτος, ὡς φησιν Αριστοτελης· Quibus cum convenit Lactantii narratio de Meliſſa, e Didymi εξηγησει Πινδαρικη deſumta, in Lib. I. Inſt. Divin. —— Recte itaque in funere Melibæi, apud Nemeſianum (c),

MELLA ferunt NYMPHÆ, pictas dat Flora coronas,

Tanquam ipſarum inventum, ut recte Titius interpretatur (d). Dixeris neceſſitatem quandam Najadas inter & apes hinc manſiſſe: Epigramma Anthologiæ MS.

ΝΗΙΑΔΕΣ και ψυχρα βοαυλια ταυτα, ΜΕΛΙΣΣΑΙΣ
Οιμον επ' ειαρινην λεξατε νισσομεναις,
Ὡς ὁ γερων Λευκιππος επ' αρσιποδεσσι λαγωοις
Εφθιτο χειμεριη νυκτι λοχησαμενος,
Σμηνια δ' ουκ ετι οἱ νομεειν φιλον, αἱ δε τον ακρης
Γειτονα ποιμενιαι πολλα ποθουσι ναπαι·

Imo Apollo diſerte, in Oraculo apud Euſebium in præparatione, & Nicephorum Syneſii commentatorem ſervato,

Χευε, inquit, μελι Νυμφησι Διωνυσοιο τε δωρα.

Sed tædet rei diutius inhærere, cujus toties a veteribus facta eſt mentio. Sufficit ut Lector intelligat, quam male Platonici in re protrita & perſpicua ad allegorias confugerint, quibus nihil a mente Poëtæ & vero verborum ejus ſenſu alienius poteſt excogitari.

X. Succedunt in deſcriptione antri

(a) *L. II. p* 49. (b) *l. c.* (c) *Eclog. I.* 69. (d) *ad Nemeſian. l. c.*

- - - ἵτοι λιθεοι περιμηκεες· ενθα τε Νυμφαι
Φαρε' ὑφαινουσιν ἁλιπορφυρα, θαυμα ἰδεσθαι.

Conjunxit Porphyrius, quæ ſeparatim erant ſumenda, deceptus prava, quam voci ενθα tribuebat, ſignificatione. Senſus eſt: *aderant etiam navium mali ex ligno* (nautarum donaria): *& in antro Nymphæ telas texebant purpureas, res plane ſingularis & viſu digna.* Non morabimur varias interpretum explicationes, id ſufficit obſervaſſe, omnes quos equidem vidi, etiam commentatores, vocem ἵτος perverſe accepiſſe. Duplex quippe illius eſt uſus, apud Græcos, tam de *inſtrumento textorio*, quibus tela adfigitur (a), quam de *malo* navis (b). Mihi dubium non eſt quin poſterior notio unice hoc loco ſit admittenda: Solebant nautæ, ſi vel iter eſſent ingreſſuri, vel e naufragio incolumes evaſiſſent, partes navis, alii has alii illas, proram, puppim, antennas, apluſtre, clavem, vela, malos, votorum loco vel naufragii indicia, in templis deponere: non Neptuni ſolum, cujus celebre apud Horatium exſtat exemplum, ſed & omnium in genere Numinum, quæ aquarum curam gerere credebantur, adeoque Nympharum etiam, quod e vetuſti marmoris titulo certo novimus (c): —— Cæterum fuerunt hi *mali* λιθεοι, ſive λιθινοι, *lapidei*, pariter ut crateres & amphoræ: quod profecto mirum videri non debet, uti viſum Porphyrio fuit, qui *ligneos* maluiſſet; neque enim certa materiæ ratio in donariis habebatur, quæ pro facultate donantis fere pretioſiora ſolebant eſſe (d), ut ſi quis pede, brachio, aliove membro laboraverat, vel auream vel argenteam vel æream lapideamve ejus imaginem in Templo Æſculapii dedicabat (e). Imo convenientior etiam hic fuit lapidea materia, utpote temporis vitio minus obnoxia, & ſimplicitati morum ejus ætatis valde congrua: Sed hæc levioris momenti, & Porphyrii tantum cauſſa dicta ſunt. —— Erant iidem

(a) *Ælian. V. H. III.* 42. *XII.* 17. *Xenoph. Oeconom. X.* 10. *Sappho Fragm. X. ed. Wolfii, Pollux VII.* 35. *X.* 125. 176. *&c. inde* ἱστια, ὑφαινουσα γυνη *apud Heſych. v.* (b) *Apoll. Rh. I.* 563. *D. Perieg. v.* 1116. *Arat. Phænom. v.* 350. *Lucian. T. I. p.* 620. 635. *T. II.* 134. 404 *Artemid. II.* 12. *&* 23. *Pollux I.* 93. *Heſych. & Suid. v. Hinc* ἱστιον, apluſtre *Lucian. T. III. p.* 252. 253. *Suid. Heſych. v. & marmor in Chishull. Antiq. Aſiat. p.* 59. *emendatum a R. Bentlejo. ap. Taylor. ad L. Decemv. de inope debitore p.* 23. ἱστιων, ἱσων, locus ubi mali adſervantur, *Phrynich. p.* 66. *Suid. v. tum* ἱσωνος, *aliaque de quibus Schol. ad Apoll. Rh. Pollux, Suid. in* ἱσοδοκη, ἱστοπεδη, *cet. & Heſych. variis vocibus.* (c) *apud Thomaſin. de Donariis Cap.* 25. (d). *Ibid. C.* 2. (e) *Ibid. Cap.* 35.

iidem περιμηκεες, *longi*, *oblongi*, de qua voce ad Homeri locum diximus. Nunc ad ὑφασματα ipſa.

XI. Ipſæ enim Nymphæ, ne otioſæ ſederent ſcilicet, in hoc antro

Φαρὲ ὑφαινουσιν ἁλιπορφυρα, θαυμα ιδεσθαι.
Purpureas texunt telas, mirabile viſu.

Aptiſſime Poëta, ratione Porphyrii, poſterius illud adjecit *mirabile viſu;* Tam perverſe enim hic omnia intellexit, tam importune miſcuit, turbavit, ut ubi initium quæras diſputationis, ubi finem invenias, incertus hæreas. *Et certe*, ait, ταυτα ουκ ιδεσθαι θαυμα, αλλα και ακουσαι· τις γαρ αν πιστευσαι, θεας ἁλιπορφυρα ἱματια ὑφαινειν εν σκοτεινῳ αντρῳ, επι λιθινων ἱστων. Haud mediocriter, ut ex his patet, auctus ipſi ſtupor fuit *obſcuritate* antri & *malorum* uſu ad texturam. At unde nata eſt illa obſcuritas? non aliunde profecto, quam e voce ηεροειδης perverſe intellecta: vide quæ ſupra de vero ejus ſenſu diſputavimus. Eadem *malorum* cauſſa: neque enim εν τοις ἱστοις, ſed in ipſo antro Nymphas texendis *telis* vacaſſe, ſuperius etiam docuimus. Reſtat, ut ipſius texturæ tenebras diſpellamus. —— Non miratus certe tantum in modum Porphyrius fuiſſet, Homerum Nymphis telam & ſtamina dediſſe, ſi in memoriam ſibi revocaſſet, communiter iſtud exercitii genus huic Dearum claſſi ab antiquis tribui. Rem conficit unus Virgilii locus, ubi Ariſtæum narrat a Nymphis laceſſitum vexatumque ad matrem fluvii præſidem, Cyrenen, acceſſiſſe: mox addens (a),

At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit, eam circum Mileſia VELLERA NYMPHÆ
CARPEBANT, HYALI ſaturo fucata COLORE:
Drymoque Xanthoque, &c.

Quo ſane teſtimonio neſcio quid in hac re diſertius poſſit quæri: utrobique *Najades*, fluvii præſides: uterque color ἁλιπορφυρος, ſive *hyalus* (b), &c. Interim ridiculum hic ſe dedit bonus Spondanus, ſa-

(a) *Virg. Georg. IV. Turneb. Adverſ. L. VIII.* (b) *v. not. ad Hom. l. in P. I. Collectan. junge J. M. Gesneri Diſſ. de Electro vett. in T. III. Comment. Societ. Reg. Gotting.*

ſatis alioquin feliciter hac in re verſatus: „ Subjicit deinde Poëta", inquit, „ deſcriptionem brevem loci illius in quo Nymphæ texendi „ officio defunguntur. Ecquid, rogo, Homere, non ſatis eſt ho„ mines ejusmodi opificiis occupari, niſi Deabus quoque idem tri„ bueris? Docet ſane Poëta, quod alias monui, ocium præcipue „ ſexui femineæ non eſſe conſentaneum: Cum non ſolum Regum „ & Principum uxoribus - - - - ſed & Deabus muliebria illa nendi „ & texendi artificia adſignet." Non ſatisfacerent mehercle ejusmodi diſputationes allegoriſtis, Porphyrio aliisque: quorum difficultates, qualescumque ſunt, uno Virgilii loco diſpelluntur omnes.

XII. Reſtat, ut ὑδατα illa αεναοντα breviter conſideremus, quæ Poëta ponit in ipſo antro: Εν δ' ὑδατ' αεναοντα - - - - *aquæ vivæ*, *aquæ continuo fluentes*; αεναοντα ait interpres, αει ῥεοντα· quicum Heſychius convenit in ea voce (a). Peſſime hic cæcutivit, ut in aliis, Scaliger, dum in contentione Nymphei Homerici cum portu Virgiliano, quem mox memorabimus, hunc illi præfert, quod hic in antro iſto *dulces aquas* poſuerit, ille non item. „ Poſtea, inquiens, cum dixit „ (Virgilius) *Nympharum domus*; non egit Grammaticum, ut ille „ —— αἱ Νηϊαδες καλεονται. Quanquam potius Nereides eſſe opor„ tuit. Non enim poſuit intus dulces aquas, quemadmodum No„ ſter, cum tamen & crateres & amphoras nominaret": &c. Alter error alterum genuit, quem in ſuperioribus notavimus. Interim ipſa ὑδατων αεναοντων appellatio haud obſcure indicat ſcaturiginem fluminis alicujus in hoc antro fuiſſe, quod per divinius illud oſtium, θεωτεραν ut Homerus ait θυραν, ex antro delapſum univerſum inſulæ tractum permeabat eamque undis ſuis irrigabat. Sin vero omnis antri deſcriptio figmentum fuerit poëticum, præclare Poëta fontis originem in antro ſtatuit, quod Najadum erat: Aquis enim & fontibus hæ præeſſe credebantur, & ſi originem idololatriæ ſpectes non niſi ipſæ erant aquæ ipſique fontes divino cultu honorati, quomodo Hamadryades ſæpe, non tam ſylveſtia Numina quam arbores ipſæ eſſe, easque obſidere credebantur (b). Unde apud Poëtas etiam Nympharum no-

(a) v. not. ad Hom. l. adde Heſiod. ἐργ. 548. 593. 735. *jungi ad hæc vox poteſt ſimilibus cum* ſemper, & *cum compoſitis, quæ collegit Schottus L. I. Nod. Cic. Cap. XVII.* (b) v. *Barth. ad* Nemeſiani Cyneg. v. 29.

nomine haud raro ipſa intelligitur aqua (a), & in MSS. Codd. *lymphæ* & *Nymphæ* appellatio miſceri ſolet (b).

Alibi ſæpius aquarum ſcaturigines in Antris Nympharum cultui deſtinatis memorantur; Theocritus (c):

- - - - - - το δ' εγγυθεν ἱερον ὑδωρ
Νυμφων εξ αντροιο κατειβομενον κελαρυσδεν.

Epigramma Anthologiæ MS.

Σπηλυγγες Νυμφων ευπιδακες· αἱ τοσον ὑδωρ
Λειβεσαι σκολιου τεδε κατα πρεονος
Πανος τ' ηχηεσσα πιτυοεπτοιο καλιη,
Τηνδ' ὑπο Κρισσαιης ποσσι λελογχα πετρης,
Ἱερα δ' αγρευτησι γερανδρυου αρκευθοιο
Πρεμνα, λιθηλογεες θ' Ἑρμεω ἱδρυσιες,
Ταυται θ' ἱληκοιτε, και ευθηροιο δεχοισθε
Σωσανδρου ταχινης σκυλ' ελαφοσσοϊης. (d)

Longus elegantem ſpeluncæ hujusmodi deſcriptionem dedit in Paſtoralibus (e): Νυμφων, inquiens, αντρον ην πετρα μεγαλη, τα ενδοθεν κοιλη, εξωθεν περιφερης, τα αγαλματα των Νυμφων αυτων λιθοις επεποιητο, ποδεν ανυποδητοι, χειρες εις ωμους γυμναι, κομη μεχρι των αυχενων λελυμενη, ζωμα περι την ἰξυν· μειδιαμα περι την οφρυν; το παν σχημα χορεια ην ορχουμενων· Ἡ ωα του αντρου της μεγαλης πετρας ην το μεσαιτατον· εκ δε της πηγης ὑδωρ αναβλυζον, ῥειθρον εποιει χεομενον, ὡστε και λειμων παυ γλαφυρος εκτετατο προ του αντρου, πολλης και μαλακης ποας απο της νοτιδος τρεφομενης· ανεκειντο δε και γαυλοι, και αυλοι πλαγιοι, και συριγγες, και καλαμοι, πρεσβυτερων ποιμενων αναθηματα. —— Ipſam Nympharum formam & habitum e Virgilio (f), Valerio Flacco (g), & marmoribus vetuſtis (h) petere eſt.

XIII. En, Lector, novam Antri Homerici explicationem: Non pro-

(a) *v. ſupra.* (b) *Drakenb. ad Sil. Ital. L. XI. v.* 420. *DD. VV. ad Rutil. Itin. I.* 265. *& Seren. Sammonic. C. IX. v.* 123. *C. XIX. v.* 341. *&c.* (c) *Idyll. VII.* 137. (d) *v. Anthолog. Reiskii p.* 22. 41. 171. 172. 174. (e) *Lib. I.* (f) *l.c.* (g) *L. III.* (h) *v. Sponii Miſcell. p.* 31. *Fabrett. de Aquæductibus, & A. F. Gorium ad Monum. Doniana p.* LIX. *ſqq.*

* * * * *

propono illam ὡσπερ εκ τριποδος η Τροφωνιου· ſed quemvis potius ſua hac in re ſententia abundare patior: Id ſtudui, ut qua poſſem ſimplicitati intentus veritatem ita indagarem, ut in Homeri locum me quaſi tranſponens, quid optime & tempori, & loco, & Poëtæ etiam ipſius menti, congruum videbatur, caute diſpicerem, nihilque quod ab his alienum cenſeri poſſet in explicationem meam admitterem. Tu, Benevole,

- - - - ſi quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti: ſi non, his utere mecum.

Certe confido, neminem fore qui poſthæc de Porphyriana explicatione cogitabit; In commune literarum bonum ſæculi genius opera virorum vere eruditorum & ſapientum in eum redactus eſt locum, ut ab his nugis, ita captatiunculas allegoricas vocare liceat, magis magisque alienatum, ſpes ſit brevi ad meliorem interpretandi rationem etiam in omni ſtudiorum genere totum ſeſe converſurum. Par ratio eſt eorum, quæ vel J. Auratus, vel Motteus Vayerius, vel alii ex hoc loco exſculpſerunt, omnes difficiles nugæ & Homero minime dignæ. Id enim certo ſibi perſuadeant velim, qui ita cogitant, nihil aptius eſſe ad famam Poëtæ noſtro ſæculo carpendam minuendamque, quam ſi ejusmodi ſapientiam ipſi tribuant, quæ merito ſophiſtica & inanis habetur, ideo quod a propoſito ejus aliena ſit. Temporibus Porphyrii & Platonicorum, e re erat, a minutiis ejusmodi laudem Poëtæ principi & omnium ſimpliciſſimo captare; nunc cum illæ ſuo merito ſordere inceperint, malo inſtituto Dacieria ſapientiam Homeri cauſſatur, ut explicationem Porphyrii poſſet tueri; vel, quod verius dixeris, explicationem Porphyrii tuetur, ut Homeri ſapientiam prædicaret. At, amabo, quis etiam id in dubium vocaverit, confugiendum ad allegorias non eſſe, ſtatim ac locum aliquem e naturalibus cauſſis explicare poſſis? Nemo mehercle, *cui ſanum eſt ſinciput, intellego.* Imo ipſe Porphyrius, quantuscunque allegoriarum patronus fuerit, non eo tamen dementiæ proceſſit, ut illud inficias ire auſerit: contra, *non refugiſſem ad allegorias*, inquit, *niſi abſurdum eſſe verborum ſenſum credidiſſem, ſi ſimpliciter & e natura loci explicentur*: Τουτων ων, inquiens, ασαφειων πληρης οντος του διηγηματος, πλασμα μεν ψυχαγωγιαν πεποιημενον μη ειναι, αλλ' ωδε ἱστοριας τοπικης περιηγησιν εχειν· αλληγορειν δε τι δι' αυτων τον ποιητην κ. λ. Atque id ſolum ad cauſſam conficiendam ſufficit.

XIV. Ver-

XIV. Verbo nunc Virgiliana loci Homerici parodia memoranda eſt, quæ Æneide prima exſtat, his verbis:

Defeſſi Æneadæ, quæ proxima, litora curſu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras:
Eſt in ſeceſſu longo locus: inſula portum
Efficit objectu laterum; quibus omnis ab alto
Frangitur, inque ſinus fundit ſeſe unda reductos.
Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminique minantur
In cœlum ſcopuli: quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent. Tum ſilvis ſcena coruſcis
Deſuper horrentique etiam nemus inminet umbra.
Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo:
Nympharum domus; hic feſſas non vincula naves
Ulla tenent: unco non alligat anchora morſu.

Ex Homeri fonte irrigatos Virgilii hortulos fuiſſe, univerſa clamat antiquitas (a), unde utriusque loci comparationem inſtituerunt Scaliger & Rapinus; Et profecto non obſcura imitationis in his veſtigia deprehenduntur. At id quæritur, uter prudentius aut elegantius hic fuerit verſatus. Si qua evinceretur, quod minime tamen evictum iri puto, æque Homerum ac Virgilium, de quo res certa eſt, ornamenti duntaxat & epiſodii gratia deſcriptionem Nymphæi ejusmodi ex ingenio finxiſſe, omniaque adeo illic figmentorum loco habenda eſſe, poſſet hæc forte quæſtio moveri, licet non magni tamen momenti id genus diſcuſſiones ſint habendæ; at donec illud in medio manet relinquendum, impar utriusque eſt conditio: neque enim culpari Homerus poſſet, ſi, quod veroſimile eſt, narratio ejus topographica ſit, h. e. veram loci deſcriptionem contineat; etiamſi aliqua addiderit quæ melius apud Virgilium fuerint efficta, cujus antrum non reapſe eo in loco exſtitiſſe, ſed ex ingenio ejus natum fuiſſe conſtat. Quidquid ſit, id certum eſt, quod in ſuperioribus obſervavi, præjudicatam eſſe comparationem quam Scaliger inſtituit, nimio quo Virgilium proſequebatur amore in transverſum raptus. Rapinus (b) aliam

(a) *Macrob. Saturn. V.* 3. *Turneb. Adverſ. L. XVIII. c.* 32. *Urſin. Collat. Virg. p.* 235. &c. *Schott. Obſ. Human. III.* 21. (b) *Comp. d'Hom. & de Virg. Ch. X.*

aliam ingreſſus eſt viam, & frequentiam deſcriptionum in Homero gravatus, etiam hanc Nymphæi Ithacenſis exploſit (a). Quid de opinione ejus in genere cenſendum ſit, hujus loci non eſt diſcutere; id certum eſt valde imprudenter illum eo in loco verſatum fuiſſe. Comparationem enim Homeri ac Virgilii cum faceret, frequentiam ut dixi deſcriptionum in Homero culpat, & inter alia etiam hanc quæ XVIII. conſtat verſibus: de Virgilio, quem Homeri locum XII. verſibus expreſſiſſe videmus, ne verbum quidem addit; cum juſtius e contrario Virgilius accuſaretur, ſi qua hic culpa poſſet inveniri, ut cujus deſcriptio neceſſaria non ſit ad narrationem, cum univerſa Ulyſſis hiſtoria ita ſit comparata, ut deſcriptionem accuratam loci, ad quem navis Phæacum appellebat, neceſſario Lector deſideret. —— Cæterum illa

\- - - - - δυο δε προβλητες εν αυτω
Ακται αποῤῥωγες, λιμενι ποτιπεφτηυϊαι &c.

apud Virgilium,

\- - - - - *inſula portum*
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto &c.

poſtea imitatus eſt Lucanus (b), in deſcriptione urbis Cretenſis:

Hinc illinc moles *ſcopuloſæ rupis aperto*
Oppoſuit natura mari, flatusque removit,
Ut tremulo ſtarent contentæ fune carinæ.
Hinc late patet omne fretum, ſeu vela ferantur
In portus Corcyra tuos, ſeu læva petatur
Illyris lönias vergens Epidamnus in undas.

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΜΕΝ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗι ΟΔΥΣΣΕΙΑι
ΤΩΝ ΝΥΜΦΩΝ ΑΝΤΡΟΥ ΤΑΥΤΑ.

(a) *v. etiam Lettres de M. Bielfeld p.* 162. 163. *Reimmann. Iliad. poſt Hom. p.* 129. *ſq.* 144. *& de Virgilio ſpeciatim Boſſuet Traité du Poëme Epique L. VI. ch.* 2. *Home Elements of Criticism T. III. p.* 187. (b) *L. II.*

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

Περὶ τοῦ ἐν Ὀδυσσείᾳ

ΤΩΝ ΝΥΜΦΩΝ ΑΝΤΡΟΥ.

PORPHYRIUS

De Antro

NYMPHARUM

Libro XIII. Odyſſeæ.

L. Holſtenio interprete.

CAP. I.

ΤΙ ποτὲ Ὁμήρῳ [3] αἰνίττεται τὸ ἐν Ἰθάκῃ ἄντρον, ὁ διὰ τῶν ἐπῶν τούτων διαγράφει λέγων·

[4] Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη.
Ἀγχύθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον, ἠερόειδὲς,

Quicquid tandem ab Homero per antrum illud in Ithace inſula intelligatur, quod hiſce verſibus deſcribit:

Stat ramis diffuſa in portus vertice oliva:
Quam propter jucundum antrum obſcuramque recedit,

VARIÆ LECTIONES.

1 ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ] In plerisque edd. titulus ſcribitur: ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗι ΟΔΥΣΣΕΙΑι ΤΩΝ ΝΥΜΦΩΝ ΑΝΤΡΟΥ· quippe cum præceſſerant *Quæſtiones Homericæ*, a *Porphyrio* noſtro ſcriptæ: nos e Libris de *Abſtinentia* & *Quæſt. Hom.* veram Libello inſcriptionem reſtituimus. 2 ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ] Poſſes etiam plenius ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ legere, vel ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ: ſed *Philoſophi* titulus noſtro peculiaris & κατ' ἐξοχὴν proprius. v. *L. Holſten.* in *vita Porphyrii* Cap. VI. & *Menag.* ad *Diog. Laërt.* Tom. II. p. 8. B. 3 Αἰνίττεται] Argent. αἰνίπτεται, vitio operarum: ſic tamen inferius iterum. 4 Αὐταρ &c.] *Odyſſ.* N. 102. ad v. 112. Incluſive. BARNESIUS. Αυταρ επι κρατος κ. τ. λ.] Varias loci Homerici lectiones vide in apparatu.

Ἱρὸν νυμφάων, αἱ Νηϊάδες καλέονται.
Ἐν δὲ, κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασι
Λάϊνοι, ἔνθα δ' ἔπειτα τιθαιβώσουσι μέλισσαι.
Ἐν δ' ἱστοὶ λίθεοι περιμήκεες· ἔνθά τε νύμφαι
Φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι.
Ἐν δ' ὕδατ' ἀενάοντα. δύω δέ τε οἱ θύραι εἰσὶν,
Αἱ μὲν πρὸς βορέαο καταίβαται ἀνθρώποισιν·
Αἱ δ' αὖ πρὸς νότον εἰσὶ θεώτεραι, οὐδέτι κείνῃ
Ἄνδρες ἐσέρχονται, ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.

Cap. II. Ὅτι μὲν οὐ καθ' ἱστορίαν [1] παρειληφὼς μνήμην τῶν παραδεδέντων πεποίηται, δηλοῦσιν οἱ τὰς περιηγήσεις τῆς νήσου γράψαντες, οὐδενὸς τοιούτου κατὰ τὴν νῆσον ἄντρου μνησθέντες, ὡς φησὶ Κρόνιος. ὅτι δὲ κατὰ ποιητικὴν ἐξουσίαν πλάσσων ἄντρον ἀπίθανος ἦν, εἰ τὸ προσῳκὸν καὶ ὡς ἔτυχε πλάσας, πεῖσαι ἤλπισεν, ὡς τῇ Ἰθακησίᾳ γῇ ἀνήρ τις ἐτεχνήσατο ὁδὺς τοῖς ἀνθρώποις [2] καὶ θεοῖς. ἢ εἰ μὴ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἡ Φύσις αὐτόθι ἀπέδειξε κάθοδόν τε ἀνθρώποις πᾶσι, καὶ πάλιν ἄλλην ὁδὸν πᾶσι θεοῖς, [3] δῆλον. ἀνθρώπων γὰρ καὶ θεῶν ὁ πᾶς μὲν πλήρης

Sacra domus Nymphis, quæ Najades indigitantur.
Intus crateres, patulæque ex marmore vivo
Amphoræ; apes dulci qua ponunt mella ſuſurro.
Saxea ſunt intus quoque ſtamina longa, ubi Nymphæ
Purpureas texunt telas, mirabile viſu.
Intus perpetui latices. ſed janua duplex:
Hæc boream ſpectans homines admittit: at illa
Reſpiciens auſtrum divinior, invia prorſus
Eſt homini, præbetque viam immortalibus unis.

Sane poëtam non ex rei veritate ejus mentionem feciſſe, id inde apparet, quod ii qui inſulæ illius ſitum deſcripſerunt, de nullo hujusmodi antro meminere, ut Cronius affirmat. Id quoque manifeſtum eſt, abſurdum fore, ſi ficto per poëticam licentiam antro, fabulæ temere & pro libitu excogitatæ figmento homo mortalis fidem ſe inventurum ſperaret, in Ithacenſi regione vias hominibus Diisque nova arte aperiens: aut ſi non homo, ſed natura ipſa cunctis illic hominibus deſcenſum, atque aliam rurſus viam Diis omnibus oſtendiſſet. Nam univerſus mundus

VARIÆ LECTIONES.

1 παρειληφως] Sic edd. omnes, etiam princeps Romana: in Baſil. 2. tamen παρειλημφως, quod eodem redit. 2 και θεοις] κ. τοις θ. Cant. 2. 3 δηλον] *manifeſtum: tum manifeſta res eſt*: ita edd. omnes: omittunt tamen Cant. 2. & *Holſtenius* in ſua verſione.

κόσμος. τὸ δὲ Ἰθακήσιον ἄντρον πόρρω καθέστηκε τοῦ πείθειν ἐν αὐτῷ [1] κατάβασιν εἶναι τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀνάβασιν τῶν [2] Θεῶν.

CAP. III. Τοιαῦτα τοίνυν ὁ Κρόνιος προειπὼν, φησὶν ἔκδηλον εἶναι οὐ τοῖς σοφοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδιώταις, ἀλληγορεῖν τί καὶ αἰνίττεσθαι διὰ τούτων τὸν ποιητήν· πολυπραγμονεῖν ἀναγκάζοντα, τὶς μὲν ἀνθρώπων πύλη, τὶς δὲ θεῶν· καὶ τί βούλεται τὸ ἄντρον τοῦτο τὸ δίθυρον [3] μὲν νυμφῶν εἰρημένον, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπήρατον καί ἠροειδές· ἠδαμῶς τῷ σκοτεινῷ ἐπηράτῳ ὄντος, ἀλλὰ μᾶλλον φοβερῷ· διὰ τί δὲ οὐχ' ἁπλῶς νυμφῶν λέγεται ἱερὸν, ἀλλὰ πρόσκειται εἰς ἀκρίβειαν τὸ, αἱ Νηϊάδες καλέονται. τίς δὲ καὶ ἡ τῶν κρατήρων καὶ ἀμφιφορέων παράληψις· οὐδενὸς τῶν ἐγχεομένων αὐτοῖς παρειλημμένου· ἀλλ' ὅτι ἐν αὐτοῖς, ὡς ἐν σμήνεσι, τιθαιβώσουσι μέλισσαι· οἵ τε [4] περιμήκεις ἱστοὶ ἕστωσαν ἀναθήματα ταῖς νύμφαις· ἀλλὰ, τί μὴ ἐκ ξύλων ἢ ἄλλης ὕλης· λίθινοι δὲ καὶ αὐτοὶ, ὡς οἱ ἀμφιφορεῖς καὶ οἱ κρατῆρες. καὶ τοῦτο μὲν, ἧττον ἀσαφές. τὸ δ' ἐν τοῖς λιθίνοις ἱστοῖς [5] τούτοις, τὰς νύμφας ὑφαίνειν ἁλιπόρφυρα φάρη, οὐκ ἰδέσθαι θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ἀκοῦσαι. τίς γὰρ ἂν πιστεύσαι, θεὰς ἁλιπόρφυρα ἱμάτια ὑφαίνειν ἐν σκοτεινῷ ἄντρῳ ἐπὶ λιθίνων [6] ἱστῶν; καὶ ταῦτα ὁρατὰ λέγοντος εἶναι ἀκόων τὰ θεῶν ὑφάσματα, καὶ

hominum Deorumque plenus eſt. Verum in Ithacenſi antro deſcenſum eſſe hominum, & Deorum aſcenſum, longiſſime abeſt ut perſuadere queat.

Hiſce ergo præmiſſis affirmat Cronius, non ſapientibus ſolum, ſed & plebeis atque indoctis perſpicuum eſſe, poëtam hiſce figmenti involucris occultum aliquid ſignificare. Qui aliis curioſius inveſtigandum reliquit, quænam hominum, quæve Deorum porta ſit: & quid bipatens hoc Nympharum antrum ſibi velit: idque ſimul & *jucundum* & *obſcurum*. Cum tenebroſum nequaquam jucundum ſit, ſed potius horrendum. Tum quid vero cauſæ ſit cur non ſimpliciter Nymphis dicatur ſacrum, ſed accurate etiam additur: *quæ Naiades indigitantur*. Quorſum etiam crateres & amphoræ ibidem fingantur, cum nullus liquor iis infundendus commemoretur: ſed apes in iis tanquam alvearibus mellificent? tum textoria oblonga Nymphis ibidem poſita fuiſſe: atque ea non lignea, vel ex alia materia: ſed & ipſa lapidea, quemadmodum crateres & amphoræ. Et hoc quidem minus obſcurum: ſed in lapideis hiſce textoriis Nymphas telas purpureas texere, id non viſu ſolum, ſed & auditu mirabile. Quis enim credat, Deas purpureas veſtes texere in antro tenebris obſcuro, & in lapideis textoriis; præſertim dum audit poëtam telas purpurasque Dearum viſui expoſitas affirmare. Præter hæc

VARIÆ LECTIONES.

1 *καταβασιν*] Ita Rom. 1. Venet. Argent. & Cantt. binæ: in Baſil. 3. *καταβησιν* cui non obſequimur. 2 *θεων· τοιαυτα τ.*] Baſil. 3. male: *θεων τοιαυτα. τοινυν.* 3 *μεν νυμφων*] In Cant. 2. *μεν των νυμφων* equidem iſtud *μεν* plane eliminarem. 4 *περιμηκεις*] Cant. 2. *περιμηκεες* ut Homeri ſcilicet verbum ſtudioſe obſervaretur: ſed in ſoluto opus id non eſt. 5 *τουτοις*] Commodius ſic in Cant. utraque: reliquæ fere *τουτου* habent. —— „ *γρ. τουτου*" BARNESIUS. 6 *ἱστων;*] Sic dedi e Cant. 2. cum interrogationis nota: in ceteris vel *ἱστων*, vel *ἱστων* conſtanter.

ἀλυσγῆ. ἐφ' οἷς καὶ τὸ δίθυρον εἶναι τὸ ἄντρον θαυμαστὸν, τῶν μέν τινων ἀνθρώποις εἰς κατάβασιν πεποιημένων, τῶν δ' αὖ πάλιν θεοῖς καὶ ὅτι αἱ μὲν ἀνθρώποις πορεύσιμοι, πρὸς βορρᾶν ἄνεμον τετράφθαι λέγονται. αἱ δὲ τοῖς θεοῖς, πρὸς νότον· ἃ μικρᾶς ὕσης ἀπορίας, δι' ἣν αἰτίαν ἀνθρώποις μὲν τὰ βόρεια μέρη [1] προσένειμε· τοις δ' αὖ θεοῖς, τὰ νότια· ἀλλ' οὐκ ἀνατολῆς καὶ δύσεως [2] πρὸς τοῦτο μᾶλλον κέχρηται. ὡς ἂν σχεδὸν πάντων τῶν ἱερῶν τὰ μὲν ἀγάλματα καὶ τὰς εἰσόδους ἐχόντων πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένας· [3] τῶν δὲ εἰσιόντων πρὸς δύσιν ἀφορώντων, ὅταν ἀντιπρόσωποι τῶν ἀγαλμάτων ἑστῶτες, τοῖς θεοῖς τιμὰς καὶ θεραπείας προσάγωσι.

CAP. IV. Τοιούτων ἀσαφείων πλήρης ὄντος τοῦ διηγήματος, πλάσμα μὲν ὡς [4] ἔτυχεν [5] εἰς ψυχαγωγίαν πεποιημένον μὴ εἶναι, ἀλλ' οὐδ' ἱστορίας [6] τοπικῆς περιήγησιν ἔχειν· ἀλληγορεῖν δέ τι δι' αὐτοῦ τὸν ποιητὴν, προσθέντα μυστικῶς καὶ ἐλαίας φυτὸν πλησίον. ἃ δὴ πάντα ἀνιχνεῦσαι, καὶ ἀναπτύξαι, [7] ἔργον καὶ τοὺς πα-

id quoque mirandum, bipatens eſſe hoc antrum; altero oſtio hominum deſcenſui, altero diis præparato. Tum & illud, quod oſtium hominibus pervium in boream ſpectare dicitur; Deorum vero in auſtrum. Cum maxime dubitari poſſit, qua de cauſa hominibus partes ſeptentrionales, Diis autem auſtrales attribuerit: & quare non potius oriente atque occaſu ad hanc rem fuerit uſus. Cum omnia ferme templa, ſtatuas ingreſſusque verſus ortum habeant: ingredientes autem occaſum reſpiciant, ubi vultu ſtatuis obverſo conſiſtentes Diis honorem cultumque tribuunt.

Quocirca cum narratio hujusmodi obſcuritatibus abundet, conſtat eam non eſſe fabulam, temere animo oblectando confictam, nec veram certamque loci deſcriptionem continere: ſed ejus involucris ſignificari aliquid a poëta, qui & olivam myſtica ratione antro apponit. Quæ omnia perveſtigare & explicare laborioſum

VARIÆ LECTIONES.

1 προσενειμε] Ita omnes: Cant. tamen 1. προ ενειμε forſan σ excidit. 2 προς τουτο] Subaudi μέρεσι, quod præceſſerat τὰ μέρη. *Henr. Stephanus* τὸ ὀνόματι putat deeſſe: nullus defectus ab *Holſtenio* agnoſcitur. BARNESIVS. Non tanti hæc res eſt, de qua controverſia moveatur, & verba per ſe ſatis ſunt aperta: ſi quid tamen definiendum, *Barneſius* haud dubie rem acu tetigit. 3 των δε] Ita edd. quas vidi, omnes: etiam Cant. 1. των και excitat *Spencerus* L. III. de *LL. HH. Rit.* C. II. D. VI. p. m. 309. 310. forte melius de hoc loco ageretur, ſi rejecta particula και vel δε, priori ſententiæ verba jungerentur: inſerto ante ὁταν, οἱ vel ὡϛε, aut ſimili vocula: ſed in textum id intrudere nolui. 4 ετυχεν] ετεχεν Rom. 1. Baſil. 2. Argent. Venet. 5 εις ψυχαγωγιαν] Ita pleræque, etiam Romana princeps, quas ſequimur: Baſil. 3. præpoſitum omittit. 6 τοπικης] Al. τοπικην. 7 εργον] Nihil hic abeſſe video, licet *Henr. Stephanus* lacunam putarit, aut ἔργον certe, pro ἐργῶδες, poſitum. Poteſt tamen ἄξιον appendi. BARNESIVS. Equidem nihil hic deſidero, ne vel εργωδες Barneſii: εργον εϛι de re *difficili*, etiam in optimis teritur: ſi dubitaveris, en exempla, quæ Cl. Ruhnkenio ſuggeſta debeo, Demoſth. de Rhodior. Lib. p. 148. Xenoph. Memorab. Socr. IV. Cap. 7. f. Lucian. Tom. I. p. 395. Ælian. V. H. X. 12.

λαιὸς νομίσαι, καὶ ἡμῖς μετ' ἐκείνων τε καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸς πειρᾶσθαι νῦν ἀνευρίσκειν· περὶ μὲν οὖν τῆς ἐγχωρίου ἱστορίας, ῥᾳδυμότερον φαίνονται ἀναγράψαντες, ὅσοι τέλεον ὠήθησαν [1] πλάσμα τὰ τῦ ποιητῦ, τότε ἄντρον καὶ ὅσα περὶ [2] τύτυ ἀφηγήσατο. οἱ δὲ τὰς γεωγραφίας ἀναγράψαντες ὡς ἄριστα καὶ ἀκριβέστατα, [3] καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἀρτεμίδωρος ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς εἰς ἕνδεκα συνηγμένης αὐτῷ πραγματείας γράφει ταῦτα· „ Τῆς δὲ [4] Κεφαλληνίας ἀπὸ Πανόρμυ λιμένος πρὸς ἀνατολὴν δώδεκα „ στάδια, νῆσός ἐστιν Ἰθάκη σταδίων ὀγδοηκονταπέντε, [5] σεμνὴ καὶ μετέωρος λιμένα ἔχου„ σα καλύμενον Φόρκυνα. ἔστι δ' αἰγιαλὸς ἐν αὐτῷ, ἐκεῖ νυμφῶν ἱερὸν ἄντρον, ἔνθα λέ„ γεται τὸν Ὀδυσσέα ὑπὸ τῶν Φαιάκων ἐκβιβασθῆναι· πλάσμα μὲν οὖν Ὁμηρικὸν παντελῶς ἂν εἴη, εἴτε δ' ὅτως ἔχον ἀφηγήσατο, εἴτε καὶ αὐτὸς τινὰ προσέθηκεν, οὐδὲν ἧττον [6] μένει τὰ [7] ζητήματα, τὴν βύλησιν ἢ τῶν [8] καθιδρυσαμένων, ἢ τῦ προθέντος ποιητῦ ἀνιχνεύοντος, ὡς ἂν μήτε τῶν παλαιῶν ἄνευ συμβόλων μυθικῶν τὰ ἱερὰ καθιδρυσαμένων· μήτε Ὁμήρυ ὡς ἔτυχε τὰ περὶ τύτων ἀφηγυμένυ. ὅσῳ δ' ἄν τις μὴ Ὁμήρυ πλάσμα ἐγχειρῇ τὰ καλὰ τὸ ἄντρον δεικνῦναι, τῶν δὲ πρὸ

exiſtimarunt veteres; & nos quoque poſt ipſos, dum noſtro ſtudio ea nunc reperire conamur. Quapropter negligentius illi de loci ſitu ſcripſiſſe videntur, qui & antrum ipſum, & ea quæ de antro narrantur merum poëtæ figmentum exiſtimarunt. Verum qui bona fide & accurato ſtudio terrarum ſitus deſcripſerunt, atque inprimis Artemidorus Epheſius, libro quinto operis in undecim libros digeſti, ita ſcribit: *A Panormo Cephalleniæ portu duodecim ſtadiis verſus ortum diſtat Ithace inſula, ſtadiorum LXXXV. arcta, & edita. portum habet nomine Phorcynem. In eo littus eſt, & in littore antrum Nymphis ſacrum, ubi Phæaces Ulyſſem expoſuiſſe dicuntur.* Nequaquam ergo purum putum figmentum Homericum erit. Sive tamen ex rei natura narrarit, ſive de ſuo etiam quædam adjunxerit, eædem nihilominus quæſtiones pertractandæ manent, ſive conſecrantium, ſive poëtæ affingentis mentem perveſtigare velis. Quippe cum nec veteres absque fabuloſis ſymbolis templa conſecrarint: nec Homerus temere quicquam de iis narrare ſoleat. Verum enimvero quo magis quis oſtendere conabitur, narrationem de antro non eſſe Homeri

VARIÆ LECTIONES.

1 πλασμα τα του] Ita lego: pro vulg. πλασματα του· ſic deinceps: Οσῳ δ' αν τις μη Ομηρου ΠΛΑΣΜΑ εγχειρη ΤΑ κατα το αντρον δεικνυναι, κ. τ. λ. 2 τουτου]. Al. αυτου. 3 και ὁ Εφεσ. &c.] obſervavit Geographi fragmentum, & ſuis *Artemidori* reliquiis inſeruit doctiſſimus *Hudſonus* p. 82. in Tom. I. *Geogr. vet. ſcript. græc. min.* 4 Κεφαλληνιας] In Baſil 3. κεφαληνιας ſcribitur, ſed male: diſerte *Euſtathius:* τους δε Κεφαλληνας, και την Κεφαλληνιαν, ευ δυσι λλ ἡ παλαια χρησις ἁπασα εχει ad *Dionyſ. Alex. Perieg.* p. 62. ed. *Stepb.* conf. eund. ad *Hom. Iliad. β.* p. 651. Tom. I. ed. *Politi:* junge *Manut. Orthograph. Lat.* p. 193. ed. Venetæ & *Cellar.* Tom. I. *Geogr. vet.* p. 1008. 5 σεμνη και] σεμνη δε και Cant. 2. 6 μενει] μένυ *Holſten.* (puta Cant. 1. vel Rom. 2.) non bene. BARNESIVS. 7 ζητηματα] An ζητητέα? BARNESIUS. 8 καθιδρυσαμενων] Venet. καθ' ἱδρυσαμενων in ſequentibus tamen nihil mutat.

Ὁμήρῳ θεοῖς τοῦτο [1] καθιερωμάτων· τοσούτῳ τῆς παλαίας σοφίας [2] πλῆρες τὸ ἀνάθημα εὑρεθήσεται. καὶ διὰ τοῦτο ἄξιον ἐρεύνης, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ συμβολικῆς καθιδρύσεως δεόμενον τῆς παραστάσεως.

CAP. V. Ἄντρα μὲν δὴ ἐπιεικῶς οἱ παλαιοὶ καὶ σπήλαια τῷ κόσμῳ καθιέρευν, καθ' ὅλον τε αὐτὸν καὶ καλὰ μέρη λαμβάνοντες. σύμβολον μὲν τῆς ὕλης, ἐξ ἧς ὁ κόσμος, τὴν γῆν παραδιδόντες· διὸ τινὲς καὶ αὐτόθεν τὴν ὕλην τὴν γῆν εἶναι ἐτίθεντο· τὸν ἐκ τῆς ὕλης γιγνόμενον κόσμον διὰ τῶν ἄντρων παριστῶντες. ὅτι τε ὡσεπιπολὺ αὐτοφυῆ τὰ ἄντρα, καὶ συμφυῆ τῇ γῇ, ὑπὸ [3] πέτρας περιεχόμενα μονοειδοῦς, ἧς τὰ μὲν ἔνδον κοῖλα, τὰ δ' ἔξω εἰς τὸ ἀπεριόριστον τῆς γῆς ἀνεῖται. αὐτοφυὴς δὲ ὁ κόσμος, καὶ αὐτοσυμφυὴς, προσπεφυκὼς τῇ ὕλῃ, ἣν λίθον καὶ πέτραν, διὰ τὸ ἀργὸν καὶ ἀνλίτυπον πρὸς τὸ εἶδος εἶναι, ἠνίττοντο. ἄπειρον καλὰ τὴν ἑαυτῆς ἀμορφίαν τιθέντες· ῥευστῆς δ' ὕσης αὐτῆς καὶ τῷ εἴδει δι' ὃ μορφοῦται καὶ φαίνεται καθ' ἑαυτὴν ἐστερημένης, τὸ ἔνυδρον καὶ ἔνικμον τῶν ἄντρων καὶ σκοτεινὸν, καὶ [4] ὡς ὁ ποιητὴς ἔφη ἠεροειδὲς, οἰκείως ἐδέξαντο εἰς σύμβολον τῶν προσόντων τῷ κόσμῳ διὰ τὴν ὕλην.

CAP. VI. Διὰ μὲν οὖν τὴν ὕλην ἠεροειδὴς καὶ σκοτεινὸς ὁ κόσμος· διὰ δὲ τὴν

figmentum; ſed illud jam ante Homeri tempora Diis conſecratum fuiſſe: eo magis deprehendetur, ſacrum hoc antrum vetere ſapientia repletum eſſe. Eapropter dignum eſt perveſtigatione: & ſymbolica ejus conſecratio clarius explicari & quaſi in lucem produci neceſſario debet.

Antra quidem atque ſpecus jure merito vetuſtas Mundo conſecrabat, ſive univerſo illi, ſive per partes accepto. Ita ut materiæ quidem, ex qua mundus conſtat, terram ſymbolum attribueret: unde & hoc loco per terram nonnulli materiam intelligendam exiſtimabant: mundum ex materia conflatum per antra ſignificantes. Quandoquidem & antra ut plurimum nativa ſunt, atque ipſi terræ affinia & cognata, ſaxo uniformi comprehenſa: cujus interiora quidem concava, exteriora autem immenſo terræ ſpatio extenduntur. Mundus autem ſponte ſua genitus, & ſibimetipſi invicem cognatus, propinquus eſt materiæ, quam ſaxum & petram arcana ſignificatione appellant: quod iners & otioſa ſit, & formæ impreſſionem recipiat: infinitam eam ob informitatem ſtatuentes. Sed cum fluxa ſit, & ſpecie qua formatur, quaque cernitur, per ſeſe careat, irriguam humiditatem & tenebroſam, ut poëtæ verbis utar, obſcuritatem apte pro ſymbolo eorum quæ mundo propter materiam inſunt, adhibebant.

Propter materiam ergo mundus eſt obſcurus & caliginoſus: ſed ob formæ ad-

VARIÆ LECTIONES.

1 καθιερωματων] conjeci καθιερωσαντων, idque ſibi etiam probari literis ad me datis monuit Cel. Ruhnkenius. 2 πληρες] Cant. 2. πρηρες vitioſe. 3 πετρας] πετρης Argent. Cant. 1. πατρης Cant. 2. 4 ὡς ὁ ποιητης] ὡς ποιητης Cant. 2.

τῦ εἴδυς συμπλοκὴν καὶ διακόσμησιν, ἀφ' ἧ καὶ κόσμος ἐκλήθη, καλός τέ ἐστὶ καὶ ἐπέρατος. ὅθεν οἰκείως, ἐπ' αὐτῦ ἂν ῥηθείη ἄνρον, ἐπήρατον μὲν τῷ εὐθὺς ἐνευγχάνονλι, διὰ τὴν τῶν εἰδῶν μέθεξιν, ἠρωειδὲς δὲ, σκοπῦνλι τὴν ὑποβάθραν αὐτῦ, καὶ εἰς αὐτὴν εἰσίονλι τῷ νῷ. ὥς τε τὰ μὲν ἔξω καὶ ἐπιπολαίως ἐπήρατα, τὰ δ' ἔσω καὶ ἐν βάθει ἠρωειδῆ. ὕτω καὶ Πέρσαι τὴν εἰς κάτω κάθοδον τῶν ψυχῶν, καὶ πάλιν ἔξοδον μυταγωγῦνλες, τελῦσι τὸν μύτην, [1] ἐπονομάσανλες [2] σπήλαιον τόπον. [3] πρῶτα μὲν, ὡς ἔφη Εὔβυλος, Ζωροάστρυ αὐτοφυὲς σπήλαιον ἐν τοῖς πλησίον ὄρεσι τῆς Περσίδος ἀνθηρὸν καὶ πηγὰς ἔχον ἀνιερώσανλος, εἰς τιμὴν τῦ πάνλων ποιηλῦ καὶ πατρὸς Μίθρυ, εἰκόνα Φέρονλος [4] αὐτῷ τῦ σπηλαίυ τῦ κόσμυ, ὃν ὁ Μίθρας ἐδημιύργησε. τῶν δὲ ἐνλὸς, καλὰ συμμέτρυς ἀποστάσεις, σύμβολα Φερόνλων τῶν κοσμικῶν στοιχείων καὶ κλιμάτων. μελὰ δὲ τῦτον τὸν Ζωροάστρην κρατήσαντος καὶ παρὰ τοῖς [5] ἄλλοις δι' ἄντρων καὶ σπηλαίων, εἴτ' ὢν αὐτοφυῶν, εἴτε χειροποιήτων τὰς τελέλας ἀποδιδόναι· Ὡς γὰρ τοῖς μὲν ὀλυμπίοις θεοῖς ναύς τε καὶ ἕδη καὶ βωμὺς ἱδρύσανλο· χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας· ὑποχθονίοις δὲ βόθρυς καὶ μέγαρα· ὕτω καὶ τῷ κόσμῳ ἄνρα τε καὶ σπήλαια. ὡσαύτως δὲ καὶ ταῖς νύμφαις διὰ τὰ [6] ἐν

junctæ præsentiam atque exornationem (unde & nomen traxit) pulcher est & jucundus. Unde jure merito antrum vocari poterit: jucundum quidem primum intranti, ob formarum participationem: sed obscurum ei, qui infimum ejus fundum cogitet, & mente subeat. Adeo ut exteriora quidem & quæ prima in superficie occurrunt, jucunda sint: interiora autem & profunda ejus, obscura. Eodem modo Persæ descensum animæ in inferiora & regressum ejus mystice significantes sacerdotem initiant, ipsi loco speluncæ nomine impositio. Quandoquidem, autore Eubulo, Zoroaster primus omnium in montibus Persidi vicinis antrum nativum, floridum, fontibusque irriguum, in honorem creatoris patrisque omnium Mithræ consecravit. Ita ut antrum conditi à Mithra mundi figuram ei præberet: ea vero quæ intra antrum erant certis invicem intervallis dispositia, elementorum climatumque mundanorum symbola seu figuras gererent. Dein post Zoroastrem apud alios quoque obtinuit, ut in antris atque specubus, sive nativis sive manufactis, initia & res sacras peragerent. Nam ut Diis cœlestibus templa, & delubra, atque altaria ponebant; terrestribus vero & heroibus aras; subterraneis autem scrobes, & ædiculas: ita mundo antra & specus: itidem & nymphis, ob

VARIÆ LECTIONES.

1 *επονομασαντες*] Ita Cant. 2. 2 *σπηλαιον τοπον*] *σπηλαιον, τοπον* Cant. 2. *locum vocantes spelæum*: forte melius legeres, *επονομασαντες σπηλαιον τον τοπον*. 3 *πρωτα μεν, ὡς εφη* &c.] Hæc non nihil inmutata excitat *Stanlejus Hist. Philos. Orient.* p. 110. Tom. II. Opp. Philosoph. Clerici. 4 *αυτῳ του σπηλαιου*] *αυτῳ σπηλαιου* Basil. 3. 5 *αλλοις δι*] arbitror scriptum - - - *αλλοις, του δι* &c. est enim genitivus, qui dicitur, absolutus: unde illud quoque *κρατησαντος* pendet. 6 *εν αντροις*] *ευ τοις αντροις Meursius Spicil. in Theocr.* p. 47. qui in sequentibus omittit illa, *ὡς μετ' ολιγον επεξιμεν.*

ἄνδροις [1] καταλειβόμενα, ἢ ἀναδιδόμενα ὕδατα. ὧν αἱ Ναΐδες, ὡς μετ' ὀλίγον ἐπέξιμεν, προεστήκασι νύμφαι.

CAP. VII. Οὐ μόνον δ' ὡς φαμὲν κόσμου σύμβολον ἦτοι γεννητοῦ αἰσθητοῦ τὸ ἄντρον ἐποιοῦντο· ἀλλ' ἤδη καὶ πασῶν τῶν ἀοράτων δυνάμεων ἄντρον ἐν συμβόλῳ παρελάμβανον· διὰ τὸ σκοτειναὶ μὲν εἶναι τὰ ἄντρα· ἀφανὲς δὲ [2] τῶν δυνάμεων οὐσιῶδες. οὕτω καὶ ὁ Κρόνος ἐν τῷ ὠκεανῷ αὐτῷ ἄντρον κατασκευάζει, [3] κἀκει κρύπτει τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας· ὡσαύτως καὶ ἡ [4] Δημήτηρ ἄντρῳ τρέφει τὴν Κόρην μετὰ νυμφῶν. καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ εὑρήσει τις [5] ἐπιὼν τὰ τῶν Θεολόγων.

CAP. VIII. Ὅτι δὲ καὶ ταῖς νύμφαις ἀνετίθεσαν ἄντρα, καὶ τούτων μάλιστα ταῖς Ναΐσιν, αἱ ἐπὶ πηγῶν εἰσὶ, κἀκ τῶν ὑδάτων, ἀφ' ὧν εἰσι ῥοαὶ, Ναΐδες ἐκαλοῦντο, δηλοῖ καὶ ὁ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνος, ἐν ᾧ λέγεται.

[6] Σοίδ' ἄρα πηγὰς νοερῶν ὑδάτων τέμον ἄντροις,

aquas in antris diſtillantes & ſcaturientes; quibus Naiades nymphæ, ut mox dicemus, præſunt.

Nec mundi tantum, uti diximus, geniti ſcilicet ac ſenſibilis, ſymbolum faciebant antrum; ſed pro omnium quoque inviſibilium virtutum ſymbolo idem accipiebant. Quod antra quidem obſcura: virtutum vero illarum eſſentia incognita ſit. Hinc & Saturnus in ipſo Oceano antrum exſtruit, & liberos ſuos in eo abscondit. Sic & Ceres Proſerpinam in antro cum nymphis educat. Aliaque multa hujus generis, Theologorum ſcripta pervolvendo, quis inveniet.

Cæterum quod & Nymphis antra attribuerint, & potiſſimum Naiadibus, quæ juxta fontes degunt, & ab aquis, quarum fluentis præſunt, Naiades vocantur, id & Hymnus in Apollinem hiſce verbis indicat:

Et tibi perpetui fontes hinc inde ſub antris

VARIÆ LECTIONES.

1 καταλειβομενα] καταλιβομενα Cant. 1. 2 των δυναμεων] Cant. 1. των δυναμενων. 3 κἀκει κρυπτει] Ita *Henr. Stephan.* recte pro veteri κακρύπτει BARNESIVS. κακρυπτει Venet. Baſil. 3. Cant. 1. &c. κακεκρυπτει Romana princeps: non dubitavi tamen κἀκει κρυπτει auctori noſtro reſtituere. 4 Δημητηρ] obſerva veterem ſcribendi morem, δημιητηρ in Rom. 1. Venet. & Argent. unde Baſil. 2. δημιητηρ fluxit. 5 επιων] Ita omnes: Cant. tamen 2. επιῖων, ubi in nota: —— Ita nos pro veteri επιων· BARNESIVS. 6 Σοι δ' αρα πηγας &c.] Obſcuriſſimum hoc veteris poëtæ fragmentum inde maxime, quod corrupte admodum ad nos pervenerit: Perpauca vero, quod mireris, varietas edd. eſt: Solus fere *Barneſius* aliquid hic præſtitit, neque infeliciter undiquaque: Adſcribam carmen, prout in Cant. 2. exhibetur: „ Σοὶ δ' ἄρα πηγὰς νοερῶν ὑδάτων [Νύμφαι] ταμὸν „ ἄντροις Μίμνουσαι· γαίης ἀτιταλλόμεναι Πνεύμασι, Μούσης Θέσπιν ἐς δμφήν· ταὶδ' ὑπὲρ „ οὖδας Διὰ πάντα νασμοὺς ῥηξάσαι &c. Νυμφαι] hanc vocem reſtituo. BARNESIVS. „ ταμον pro τέμον· *Idem.* Πνευμασι] ita, pro πνευματι· *Idem.* Ταιδ'] pro τὰδ'. *Idem.* „ Νασμους] ita, pro ναή, voce nihili. *Idem.*" Si quid in re incerta & valde dubia definiendum, conjecturæ *Barneſii* non videntur ſpernendæ: Neque abſolvit is tamen. Imo pe-

Μίμνουσαι, γαίης ἀτιταλλόμεναι πνεύματι, μύσης
Θέσπιν ἐς ὀμφήν. τὰ δ' ὑπὲρ ὕδας διὰ πάντα ναίη ῥήξασαι,
Παρέχουσι βροτοῖς γλυκερῶν ῥείθρων ἀλιπεῖς προχοάς.

Ἀφ' ὧν οἶμαι ὁρμώμενοι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ [1] μετὰ τούτους Πλάτων ἄντρον καὶ σπήλαιον τὸν κόσμον ἀπεφήναντο. παρά τε γὰρ Ἐμπεδοκλεῖ αἱ ψυχοπομπαὶ δυνάμεις λέγουσιν·

Ἠλύθομεν τόδ' ὑπ' ἄντρον ὑπόστεγον. : : .

Παρά τε Πλάτωνι ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῆς πολιτείας λέγεται· „ἰδὲ γὰρ ἀνθρώπους οἷον [2] ἐν

Effundunt mentis latices; quos ſpiritus imo
Terrarum emittit, divina ad carmina Muſæ.
Aſt illi variis per terram flexibus errant,
Præbentes large dulces mortalibus undas.

Et ab hiſce quoque, ut opinor, Pythagorei, & poſt ipſos Plato ſumpta occaſione antrum atque ſpecum mundum vocarunt. Nam apud Empedoclem virtutes animarum duces aiunt:

Hocce ſub obtectum tandem pervenimus antrum.

Et apud Platonem libro VII. de republica dicitur: *Ecce enim homines tanquam in*

VARIÆ LECTIONES.

peritiorem doctioremque manum hæc poſtulant: Ne ασυμβολος ſim, Lectori ſomnia mea hoc de loco communicabo: ſic emendavi: Σοι δ'αρα πηγας νοερων ὑδατων Νυμφαι ταμον αντροις, Ὑμνουσαι, γαιην ατιταλλομεναι ῥευμασι, Μουσης Θεσπιν ες ομφην· ται δ' ὑπερ ουδας δια παντα Νασμους ῥηξασαι παρεχουσι βροτοις γλυκερων ῥεεθρων Αλιπεις προχοας· In quibus quod pro Μιμνουσαι, ὑμνουσαι legerim, factum, non ut hanc veram oſtendam lectionem, ſed ut depravatum eſſe vocabulum indicarem, in cujus locum commodius aliquid erit ſubſtituendum, & forte illic adjectum latet *aquarum* potius, quam *Nympharum*. —— Porro ατιταλλομεναι non paſſiva, ſed media notione accipio, *rigantes nutrientesque terram profluviis*, ut ad *Nymphas* referatur; alioquin ſi ad πηγας referri malueris, ατιταλλομενας erit legendum. —— Emendationem medii verſus γαιην ατιτ. ῥ. mihi non tam cito eripi patiar, etiamſi Vir Doctus, quem magni facio, ſubrui illam loco Ciceronis putaverit de Divin. I. 50. *Credo etiam anbelitus quosdam fuiſſe terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent:* niſi malueris forſan γαιης vel γαιας ατιταλλομενης πνευμασι, legere, ut ad μουσης referatur, quæ *oraculum* fundebat. —— Cæterum vs. 1. unde *perpetuos fontes* interpres hauſerit, ignoro: neque abſonum foret, ſi in Græcis quoque ασταλας πηγας legeretur, unde integer prodibit hexameter verſus: - - - - σοι δ' αρα πηγας Ασταλας νοερων ὑδατων Νυμφαι ταμον αντροις &c. Præſertim cum ασταλων πηγων frequens ſit in carminibus hujusmodi obſcuris mentio: v. Schier. ad Pythag. Aur. Carm. p. 71. 72. 1 μετα τουτους] μ. τουτοις Cant. 2. 2 εν] Cant. 2. εκ male.

„ καταγείῳ ἄντρῳ καὶ οἰκήσει σπηλαιώδει, ἀναπεπταμένην πρὸς τὸ φῶς τὴν εἴσο-
„ δον ἐχούσῃ μακρὰν, παρ' ἅπαν τὸ σπήλαιον." εἶτα εἰπόντος τοῦ προσδιαλεγομένου·
„ "Ατοπον λέγεις εἰκόνα." ἐπάγει· „ταύτην τοίνυν τὴν εἰκόνα, ὦ φίλε Γλαύκων,
„ [1] προσαπτέον ἅπασαν τοῖς ἔμπροσθεν λεγομένοις. τὴν μὲν δὴ [2] ὄψεως φαινομένην
„ ἕδραν τῇ τοῦ δεσμωτηρίου οἰκήσει [3] ἀφομοιοῦντα· τὸ δὲ τοῦ πυρὸς ἐν αὐτῇ φῶς, τῇ
„ τοῦ ἡλίου δυνάμει".

CAP. IX. Ὅτι μὲν οὖν σύμβολον κόσμου τὰ ἄντρα καὶ τῶν ἐγκοσμίων δυνάμεων ἐτίθεντο οἱ θεολόγοι, [4] διὰ τούτου δεδήλωται. ἤδη δὲ καὶ ὅτι τῆς νοητῆς οὐσίας εἴρηται· ἐκ διαφόρων μέν τοι, καὶ ὑ τῶν αὐτῶν ἐννοιῶν ὁρμώμενοι. τοῦ μὲν γὰρ αἰσθητοῦ κόσμου, διὰ τὸ σκοτεινὰ εἶναι τὰ ἄντρα, καὶ πετρώδη καὶ δύϋγρα. τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν κόσμον διὰ τὴν ὕλην, ἐξ ἧς συνέστηκεν ὁ κόσμος, καὶ ἀντίτυπον καὶ ῥευστὸν ἐτίθεντο. τοῦ δ' αὖ νοητοῦ, διὰ τὸ ἀφανὲς αἰσθήσει, καὶ [5] στερρὸν καὶ βέβαιον τῆς οὐσίας. [6] οὐτωσὶ δὲ καὶ τῶν μερικῶν ἀσαφῶν δυνάμεων· καὶ μᾶλλόν γε ἐπὶ τούτων τῶν

ſubterraneo antro, & in habitaculo ſimili ſpeluncæ, cujus ingreſſus verſus lucem late per totum antrum patet. Dein ubi alter interlocutor dicit; *Abſurdam ſimilitudinem narras*, ſubjungit: *Hanc ergo ſimilitudinem, o amice Glauco! omnibus antedictis accommodare oportet. Habitaculum quidem hoc, quod oculis uſurpamus, carceris habitaculo aſſimilandum: ignis autem in ea relucens, virtuti ſolari.*

Quod igitur Theologi antra mundi virtutumque mundanarum ſymbolum poſuerint, ex hiſce manifeſte perſpicitur. Sed jam ante dictum fuit, intelligibilis quoque ſubſtantiæ ſymbolum eadem conſtituiſſe: diverſis quidem nec iisdem rationibus impulſos. Nam ſenſibilis mundi ſymbola poſuerunt; quia tenebroſa, ſaxoſa, atque humida ſunt antra. Hujusmodi vero mundum, propter materiam ex qua conſtat, & figurarum impreſſioni obnoxium & fluxum eſſe ſtatuebant. Intellectualis autem; eo quod ſenſui oculorum non patet: tum ob ſoliditatem firmitatemque ſubſtantiæ. Cum & particulares virtutes eodem modo inconſpicuæ ſint: illæ præſertim quæ

VARIÆ LECTIONES.

1 προσαπτεον] προσαπτεων Baſil. 2. 2 οψεως] Cant. 1. οχεως perperam. 3 αφομοιουντα] αφομοιουντας Cant. 1. —— Cæterum pravam verborum diſtinctionem, qua edd. *Porphyrii* fere laborabant, e *Platonis* optima *Stephani* editione reſtituere pronum fuit. 4 δια τουτου] δια τουτο Cant. 2. 5 στερρον] Cant. 2. το στερρον, ubi: „ addo τὸ. BARNESIVS. Quem perinde erit ſequine an deſerere malis: nos receptam edd. omnibus lectionem non mutavimus. 6 ουτωσι δε και τ. μ. δ. &c.] Non intelligo locum: niſi legeris ὑυτωσι δε και των μερικων ασαφων δυναμεων (συμβολα ετιθεντο). αλλα μαλλον δε επι τουτων των εν ὑλῃ. Quibus indicat Philoſophus: „ non ſecundum partes antrorum, ſeu „ proprietates partium antrorum ſymbola feciſſe, ſed ſecundum proprietates, & vir„ tutes, materiæ ipſorum". Quibus tum bene junguntur ſequentia: „ nam quod *nati„ vum* antrorum ſpectat, & *tenebroſum*, & *ſaxoſum*, id ſymbolice expreſſerunt. Simi„ liter neque ſecundum figuram univerſam, quæ conſtans eademque omnibus non eſt, „ dum non omnia ſphæricam habeant figuram", &c. Holſtenius mire hic turbavit,

ἐν ὕλῃ. κατὰ γὰρ τὸ αὐτοφυὲς τὸ τῶν ἄντρων, καὶ νύχιον, καὶ σκοτεινὸν, καὶ πέτρινον, [1] ἐποιοῦντο τὰ σύμβολα· οὐκ ἔτι μὴν πάντως καὶ κατὰ σχῆμα, ὥς τινες ὑπενόουν· ὅτι μηδὲ πᾶν ἄντρον σφαιροειδὲς, ὡς καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ δίθυρον.

CAP. X. Διπλοῦ δ' ὄντος ἄντρου, οὐκέτι τοῦτο ἐπὶ τῆς νοητῆς, ἀλλὰ τῆς αἰσθητῆς παρελάμβανον οὐσίας. ὡς καὶ τὸ νῦν παραληφθὲν, διὰ τὸ ἔχειν [2] Φησὼ ὕδατα [3] ἀενάοντα, οὐκ ἂν εἴη τῆς νοητῆς ὑποστάσεως, ἀλλὰ τῆς ἐνύλου Φέρον οὐσίας σύμβολον. διὸ καὶ [4] ἱερὸν νυμφῶν, οὐκ ὀρεστιάδων, οὐδὲ ἀχραίων, ἢ τινῶν τοιούτων, ἀλλὰ ναΐδων. αἱ ἀπὸ τῶν ναμάτων οὕτω κέκληνται. νύμφας δὲ ναΐδας λέγομεν καὶ τὰς τῶν ὑδάτων παρεστώσας δυνάμεις [5] ἰδίως, [6] ἔλεγον δὲ καὶ τὰς εἰς γένεσιν κατιούσας ψυχὰς κοινῶς ἁπάσας. ἠγοῦντο γὰρ προσιζάνειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὄντι, ὡς Φησιν ὁ Νουμήνιος· διατοῦτο λέγων καὶ τὸν [7] προφήτην εἰρηκέναι, [8] ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος θεοῦ πνεῦμα. τοὺς τε Αἰγυπτίους διατοῦτο τοὺς δαίμονας ἅπαντας οὐχ' ἑστάναι ἐπὶ στερεοῦ, ἀλλὰ πάντας ἐπὶ πλοίου, καὶ τοῦ ἥλιου, καὶ ἁπλῶς πάντας, οὓς τινας εἰδέναι χρὴ τὰς ψυχὰς ἐπιποτωμένας τῷ ὑγρῷ, τὰς εἰς γένεσιν

cum materia ſunt conjunctæ. Nam nativam antrorum conſtitutionem, & nocturnam atque tenebroſam caliginem, & ſaxoſam duritiem ſpectantes, ſymbola conſtituebant: nequaquam vero reſpectu figuræ, ut quidam ſuſpicabantur. Cum nec omnia antra rotunda ſint, ut bipatens hoc Homericum.

Cæterum cum duplex ſit antrum, non ſolum pro ſenſibili, ſed & intelligibili ſubſtantia illud accipiebant. Sicuti & præſens hoc antrum, quia aquas perennes habet, nequaquam intellectualis, ſed conjunctæ cum materia ſubſtantiæ ſymbolum geret. Atque eam ob cauſam non montanis, nec acræis, ſeu jugicolis, aliisve hujusmodi; ſed Naiadibus ſacrum eſt, quæ à fontibus (νάματα Græci vocant) ſic appellantur. Nymphas vero Naiadas proprie vocamus virtutes aquis præſides: ſed & communiter omnes animas generationem ſubeuntes appellabant. Quas aquæ, quæ divino ſpiritu fovetur, aſſidere putabant, ut ait Numenius: ideoque prophetam dixiſſe: *Spiritum Dei ferri ſuper aquas.* Ægyptios quoque hanc ob cauſam omnes Dæmones non in ſolido ſtabilique ſtatuere: ſed ſuper navigium, ipſum quoque ſolem, & omnes omnino, quos animas in generationem, deſcendentes humore in-

VARIÆ LECTIONES.

quem, conſulta verſione, fere conjeceris legiſſe: οντων δε και των μερικων ασωμφων δυναμεων, και μαλλον γε τουτων των εν ὑλῃ. Perverſe, non una de cauſſa. 1 εποιουντο] Baſil. 2. επιουντο. 2 φησιν] Legi poteſt: ὡς φησιν ſcil. Ὁμηρος. 3 ἀενναοντα] αεναοντα Cant. 2. v. *not. Crit. ad Hom. l. vs.* 109. 4 ἱερον] ἱρων Baſil. 3. 5 ιδιως] nimis ſero adverbium hoc ſubjungitur, quam ut a *Porphyrii* manu profectum arbitrer: Gloſſam adſcripſit Grammaticus, adſenſus indicem: quales toties e margine in textum illatas dolent Viri Critici. 6 ελεγον δε] quid ſi & hæc expunxeris unaque ſerie legeris: νυμφας δε ναϊδας λεγομεν, και τας των ὑδατων παρεστωσας δυναμεις, και τας εις γενεσιν κατιουσας ψυχας? non dubito, quin apertior elegantiorque ſententiæ nexus ſit evaſurus. 7 προφητην] *Geneſ.* c. 1. v. 5. BARNESIVS. 8 εμφερεσθαι] Baſil. 3. εμφερεστε.

κατιώσας, ὅθεν καὶ Ἡράκλειτος· „ψυχῇσι Φάναι τέρψιν μὴ θάνατον ὑγρῇσι γενέσθαι· „τέρψιν δὲ εἶναι αὐταῖς τὴν εἰς τὴν γένεσιν πτῶσιν." καὶ ἀλλαχῇ δέ φάναι, „Ζῆν [1] ἡμᾶς „τὸν ἐκείνων θάνατον· καὶ ζῆν ἐκείνας τὸν ἡμέτερον θάνατον". παρὸ καὶ διερὰς τὰς ἐν γενέσει ὄντας καλεῖν τὸν ποιητὴν, τὰς δὶ ὑγρὰς τὰς ψυχὰς ἔχοντας. αἷμα μὲν οὖν ταύταις καὶ ὁ δὶ ὑγρὸς [2] γόνος φίλος. ταῖς δὲ τῶν φυτῶν, τροφὴ τὸ ὕδωρ.

CAP. XI. Διαβεβαιῶνται δέ τινες, καὶ τὰ ἐν ἀέρι καὶ ὑρανῷ ἀτμοῖς τρέφεσθαι, ἐκ ναμάτων καὶ ποταμῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀναθυμιάσεων. τοῖς δ' ἀπὸ τῆς γοᾶς, ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης [3] ἀναθυμιάσεως ἐδόκει· σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων· τὰ δ' ἄστρα, ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως. καὶ διὰ τοῦτο ἄμμα μὲν νοερὸν εἶναι τὸν ἥλιον ἐκ θαλάσσης· τὴν δὲ σελήνην, ἐκ ποταμίων ὑδάτων· τοὺς δ' ἀστέρας, ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς ἀπὸ τῆς γῆς. ἀνάγκη τοίνυν καὶ τὰς ψυχὰς, ἤτοι σωματικὰς οὔσας, ἢ ἀσωμάτους μὲν, ἐφελκομένας δὲ σῶμα, καὶ μάλιστα τὰς μελλούσας καταδεῖσθαι εἴς τε αἷμα καὶ δίυγρα σώματα, ῥέπειν πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ σωματοῦσθαι ὑγρανθεῖσας. διὸ καὶ χολῆς καὶ αἵματος [4] ἐπιχύσει προτρέπεσθαι τὰς τῶν τεθνηκότων. καὶ τάς γε φιλοσωμάτους ὑγρὸν τὸ πνεῦμα ἐφελκομένας [5] παχύνειν τοῦτο ὡς νέφος. [6] ὑγρὸν γὰρ ἐν ἀέρι παχυνθὲν νέφος συνίσταται.

vadere ſciendum eſt. Unde & Heraclitus: *Animabus videri oblectamentum, non mortem, cum humidæ naſcuntur.* Et alibi dicit: *Nos illarum mortem vivere, & illas noſtram vitam mori.* Ideoque poëtam homines in generatione verſantes διερὰς, id eſt, humidos vocare, qui animas humore perfuſas habent. Atque eam ob cauſam, hæ animæ ſanguine & humido ſemine gaudent: ſed plantarum animabus aqua nutrimentum præbet.

Nonnulli vero corpora quoque aërea, & cœleſtia vaporibus fontium & fluminum, cæterarumque exhalationum nutriri aſſerunt. At Stoicis placuit, ſolem exhalatione maris nutriri: Lunam ea quæ ex fontium fluminumque aquis emittitur: aſtra autem exhalatione terræ. Ideoque Solem quidem eſſe compagem quandam intellectualem ex mari: Lunam ex aquis fluvialibus: ſtellas autem ex terræ exhalationibus: neceſſum ergo eſt, & animas, ſive corporeæ eæ ſint, ſive incorporeæ, ſed corpus attrahentes, & præſertim eas, quæ cum ſanguine & humidis corporibus conjungi & colligari debent, vergere ad humidum, & humectatas incorporari. Ideoque bilis ſanguinisque effuſione mortuorum animas evocari. Et animas corporum amore ineſcatas humidum ſpiritum attrahentes, nebulæ inſtar eum condenſare. Humor enim in aëre condenſatus nebulam conſtituit. Condenſato autem in eis ſpi-

VARIÆ LECTIONES.

1 Ζην ἡμας] vid. *Eurip.* Polyid. v. 15. BARNESIVS. 2 γονος] an φθνος? ut αἷμα BARNESIVS. 3 αναθυμιασεως] ita edd. & *Menag.* ad *D. Laërt.* VII. 145. εκθυμιασεως *Meurſ. Spicil. ad Theocr.* p. 16. 4 επιχυσει] Al. εκχυσει. 5 παχυνειν] παχυν Argent. 6 ὑγρον γαρ εν αερι παχυνθεν νεφος συνισταται· παχυνθεντος] ſordide hæc Argent. & negligenter: ὑγρος γαρ εν αερι παχυνθεντος δ' ε. α. &c. omiſſis mediis.

παχυνθέντος δ' ἐν αὐταῖς τῦ πνεύματος ὑγρῦ πλεονασμῷ, ὁρατὰς γίνεσθαι. καὶ ἐκ τῶν τοιύτων αἱ συναντῶσαι τισι κατὰ Φαντασίαν χρώζυσαι τὸ πνεῦμα εἰδώλων ἐμφάσεις. αἱ μέν τοι καθαραὶ γενέσεως ἀπότροποι. αὐτὸς δέ Φησιν Ἡράκλειτος: „ξηρὰ „ψυχὴ σοφωτάτη". διὸ καἰνταῦθα κατὰ τὰς τῆς μίξεως ἐπιθυμίας, δἰύγρον καὶ [1] νοτερώτερον γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα, ἀτμὸν ἐφελκομένης δἰῦγρον τῆς ψυχῆς ἐκ τῆς [2] πρὸς γένεσιν νεύσεως.

CAP. XII. Ναΐδες ὧν νύμφαι, αἱ εἰς γένεσιν ἰῦσαι ψυχαί. ὅθεν καὶ τὰς γαμυμένας ἔθος, [3] ὡς ἂν εἰς γένεσιν συνεζευγμένας, νύμφας τε καλεῖν, καὶ λυτροῖς [4] καταχεῖν, ἐκ πηγῶν ἢ ναμάτων ἢ χρηνῶν [5] ἀεννάων εἰλημμένοις. ἀλλὰ ψυχαῖς μὲν τελομέναις εἰς Φύσιν καὶ [6] γενεθλίοις δαίμοσιν, [7] ἱερός τε ὁ κόσμος καὶ ἐπέρατος, καίπερ σκοτεινὸς ὢν Φύσει καὶ ἠεροειδής· ἀΦ' ἧ καὶ αὗται [8] ἀερώδεις, καὶ ἐξ ἄερος ἔχειν τὴν ὐσίαν ὑποπλεύθησαν. διατῦτο δὲ καὶ οἰκεῖον αὐταῖς ἱερὸν ἐπὶ γῆς ἂν εἴη ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδὲς, κατ' εἰκόνα τῦ κόσμυ. ἐν ᾧ ὡς μεγίστῳ ἱερῷ, αἱ ψυχαὶ [9] διατρίβυσι. νύμφαις τε ὑδάτων προστάτισιν οἰκεῖον τὸ ἄντρον, ἔνθ' ὕδατ' ἀεννάοντα ἔνεστιν.

ritu nimia humoris abundantia, viſibiles fieri. Et de harum numero ſunt illæ, quæ polluto ſpiritu per apparitionem occurſant ſpectrorum oſtenta. At puræ animæ generationem averſantur. Unde idem Heraclitus ait: *anima ſicca ſapientiſſima.* Ideoque hic etiam libidine coitus madidum & humidiorem reddi ſpiritum, dum anima humidum vaporem ex propenſione ad generationem attrahit.

Naiades ergo Nymphæ ſunt animæ generationem ſubeuntes. Unde & nubentes, quaſi ad generationem conjugatas, moris eſt Nymphas appellare, & lavatione ex fontibus ſeu rivulis vel ſcaturiginibus perpetuis perfundere. Cæterum animabus in naturam jam progreſſis, & genitalibus geniis mundus hic ſacer & amœnus videtur, licet ſua natura tenebroſus & obſcurus ſit: unde & ipſæ aëreæ eſſe, atque ex aëre ſubſtantiam trahere credebantur. Quocirca proprium illis & congruum erit in terra conſecratum antrum, amœnum obſcurumque ad ſimilitudinem mundi: in quo tanquam in templo maximo animæ verſantur. Nymphis quoque aquarum præſidibus antrum recte convenit, in quo perennes aquæ manant.

VARIÆ LECTIONES.

1 *νοτερωτερον*] differunt edd. aliis ω, aliis ο oſtendentibus: prius e Venet. Argent. & Cant. 2. repetii. 2 *προς γενεσιν*] π. την γ. Baſil. 3. 3 *ὡς ἂν*] ὡσαν Cant. 2. 4 *καταχειν*] κατασχειν Baſil. 3. 5 *αενναων*] αεναων Cant. 2. v. ſupra & quæ de ſcriptura vocis diſputat *J. A. Schier ad Pythag. Aur. Carm.* v. 48. p. 71. & in *Ind. I. vocab.* v. *αενναος*. 6 *γενεθλιοις δαιμοσιν*] Forte melius: *δυναμεσιν* maxime cum ſequatur adjectivum ſequioris generis: *ΑΦ' ΟΥ ΚΑΙ* ΑΤΤΑΙ *αερωδεις* &c. 7 *ἱερος τε ὁ κοσμος*] Neſcio, quid alieni ſapiat illud *ἱερος*, quod neque cum ſequenti *επερατος*, neque oppoſitis *σκοτεινος και ηεροειδης*, ſat accurate comparatur. 8 *αερωδεις*] ita vett. *αερωδως* Cant. 1. *αερωδες* Cant. 2. 9 *διατριβουσι*] *συνδιατριβουσι* Cant. 2. quod perinde.

Cap. XIII. Ἀναχείσθω [1] δὴ τὸ προκείμενον ἄντρον ψυχαῖς, καὶ ταῖς [2] μεριχωτέραις ἐν δυνάμεσι νύμφαις, αἳ ναμάτων καὶ πηγῶν προεστῶσαι, πηγαῖαί τε καὶ ναΐδες διὰ τοῦτο κέκληνται· τίνα οὖν ἡμῖν διάφορα σύμβολα, τὰ μὲν πρὸς τὰς ψυχὰς ἀναφερόμενα, τὰ δὲ πρὸς τὰς ἐν ὕδασι [3] δυνάμεις· ἵνα κοινὸν ἀμφοτέραις καθιερῶσθαι τὸ ἄντρον ὑπολάβωμεν; σύμβολα δὴ ἔστω ὑδριάδων νυμφῶν, οἱ λίθινοι κρατῆρες [4] καὶ οἱ ἀμφιφορεῖς. Διονύσου μὲν γὰρ σύμβολα ταῦτα, ἀλλ' ὄντα κεράμεα, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ γῆς ὠπτημένης· ταῦτα γὰρ φίλα τῇ παρὰ τοῦ θεοῦ δωρεᾷ τῆς ἀμπέλου. ἐπεὶ ἀπὸ πυρὸς οὐρανίου πεπαίνεται ταύτης ὁ καρπός.

Cap. XIIII. Λίθινοι δὲ κρατῆρες καὶ ἀμφιφορεῖς ταῖς προεστώσαις τοῦ ἐκ πετρῶν ἐξιόντος ὕδατος νύμφαις οἰκειότατοι. ψυχαῖς δὲ εἰς γένεσιν κατιούσαις καὶ σωματουργίαν τί ἂν εἴη οἰκειότερον σύμβολον τούτων; διὸ καὶ ἀπετόλμησεν εἰπεῖν ὁ ποιητής· ὅτι ἐν τούτοις Φάρε' ὑφαίνουσιν ἀλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι. ἐν ὀστοῖς μὲν γὰρ, καὶ περὶ ὀστᾶ ἡ σαρκοποιΐα· [5] λίθος δὲ ταῦτα ἐν ζώοις, λίθῳ ἐοικότα. [6] διὸ καὶ οἱ ἱστοὶ, οὐκ ἀπ' ἄλλης ὕλης, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λίθου ἐρρήθησαν. τὰ δ' [7] ἀλιπόρφυρα Φάρη ἄντικρυς ἡ ἐξ αἱμάτων [8] ἂν ἐξυφαινομένη σάρξ. ἐξ αἵματος μὲν γὰρ [9] ἀλουργὴ ἔρια·

Esto itaque præsens hoc antrum animabus, nymphisque inter virtutes seu potentias magis particularibus attributum: quæ cum scaturiginibus fontibusque præsint, Pegææ sive fontanæ, & Naiades eam ob causam appellantur. Quænam ergo diversa symbola habemus, quorum alia animabus, alia virtutibus aquarum conveniant: ut commune utrisque antrum consecratum existimemus? symbola scilicet Nympharum Hydriadum sive aquaticarum sint lapidei crateres, & amphoræ. Nam & Bacchi hæc sunt symbola, siquidem fictilia sint ex terra cocta; hæc enim grata acceptaque sunt ejus Dei dono, quod vitis profert: cujus fructus cœlesti igne percoquitur.

At crateres lapidei & amphoræ Nymphis emanantium ex petris aquarum præsidibus optime conveniunt. Verum quod symbolum rectius quadret animabus in generationem corporumque productionem descendentibus, quam textoria? Ideoque Poëta ausus est dicere: *Nymphas in hisce texere purpureas telas, mirabile visu.* Nam caro in ossibus & circum ossa nascitur: quæ lapidum instar sunt in animalibus, & lapidi comparantur. Idcirco textoria ipsa non alia materia sed ex saxo constabant. Et telæ purpureæ omnino erit caro ex sanguine contexta. Sanguine enim purpu-

VARIÆ LECTIONES.

1 *δη το*] *δε το* Cant. 2. æque bene, illa tamen in fine hujus paginæ, *συμβολα δη*, receptam confirmant. 2 *μεριχωτεραις*] dubito de sanitate vocabuli, necdum tamen medicina constat. 3 *δυναμεις· ινα*] suspicor aliquid excidisse: forsan: *ὡστε ἡμας ὁρμασθαι, ινα* &c. 4 *και οἱ αμφιφορεις*] ita Cant. utraque. Rell. *και αμφιφ.* 5 *λιθος δε ταυτα*] si quid in his mutandum, dixerim *οστα* legendum esse: ΟΣΤΑ *δε ταυτα ενζωοις λιθῳ εοικοτα.* 6 *διο και οἱ*] *διοτι οἱ* Cant. 2. 7 *ἀλιπορφυρα*] ita opt. etiam Rom. 1. *ἀλυπορφυρα* Basil. 3. *v. Not. crit. ad l. Homeri* in Apparatu. 8 *αν εξυφαινομενη*] Al. *αν ειη εξυφαινομενη.* 9 *ἀλουργη*] Al. *ἀλουργους.*

καὶ ἐκ ζώων ἐβάφη καὶ τὸ ἔριον. δι' αἵματος δὲ καὶ ἐξ αἱμάτων ἡ σαρκογονία. καὶ χιτὼν γε τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, ὃ ἠμφίεσται· θαῦμα τῷ ὄντι ἰδέσθαι, εἴτε πρὸς τὴν σύστασιν [1] ἀποβλέπει, εἴτε πρὸς τὴν σύνδεσιν τοῦτο συνάγει τῆς ψυχῆς. οὕτω καὶ παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ἡ Κόρη, ἥπερ ἔστι παντὸς τοῦ σπειρομένου ἔφορος, ἱστουργοῦσα παραδίδοται. τῶν παλαιῶν καὶ τὸν οὐρανὸν [2] πέπλον εἰρηκότων, οἷον θεῶν οὐρανίων περίβλημα.

CAP. XV. Διατί δὴν οὐχ ὕδατος πλήρεις αἱ ἀμφορεῖς, ἀλλὰ κηρίων; ἐν γὰρ τούτοις φησὶ τιθαιβώσσουσι μέλισσαι. δηλοῖ δὲ τὸ τιθαιβώσσειν, τὸ τιθέναι τὴν βόσιν. βόσις δὲ καὶ τροφὴ τὸ μέλι ταῖς μελίσσαις. κέχρηνται [3] δὴ τῷ μέλιτι οἱ Θεολόγοι πρὸς πολλὰ καὶ διάφορα σύμβολα, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν [4] αὐτὸ συνεστάναι δυνάμεων. ἐπεὶ καθαρτικῆς ἐστὶ δυνάμεως, καὶ συνηρητικῆς. τῷ γὰρ μέλιτι ἄσηπτα [5] μένει. καὶ τὰ χρόνια τραύματα ἐκκαθαίρεται μέλιτι· [6] ἔστι δὲ γλυκὺ τῇ [7] γεύσει, καὶ συναγόμενον ἐξ ἀνθῶν ὑπὸ μελισσῶν, [8] ἃς εὐγενεῖς εἶναι συμβέβηκεν. ὅταν μὲν οὖν τοῖς τὰ λεοντικὰ μυουμένοις, εἰς τὰς χεῖρας ἀνθ' ὕδατος μέλι νίψασθαι ἐγχέωσι, καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας παραγγέλλουσιν ἀπὸ παντὸς λυπηροῦ καὶ βλαπτικοῦ καὶ μυσαροῦ. καὶ ὡς μύστῃ, καθαρτικῷ [9] ὄντος τοῦ πυρός, οἰκεῖα νίπτρα προσάγουσι, παραιτησάμενοι τὸ ὕδωρ ὡς πολεμοῦν τῷ πυρί. καθαίρουσι δὲ καὶ τὴν γλῶσσαν τῷ μέλιτι ἀπὸ παντὸς ἁμαρτωλοῦ.

rea vellera imbuuntur, & animantium ſucco tingitur lana. Atqui ſanguinis beneficio, & ex ſanguine producitur caro. Et corpus animæ veſtis eſt, quo induitur: res ſane viſu miranda, ſive compoſitionem ejus ſpectet, ſive conjunctionem atque vinculum animæ conciliet. Sic & Proſerpina omnium ex ſemente naſcentium præſes, telam texens ab Orpheo inducitur: cum antiqui ipſum quoque cœlum peplum vocarint, veluti Deorum cœleſtium velum ſeu tegumentum.

Sed quid cauſæ, cur amphoræ non aqua, ſed favis repletæ ſint? In his inquit, *apes ſua mella recondunt*. Ipſa enim vox, τιθαιβώσσειν, dicitur quaſi τιθέναι τὴν βόσιν, quod eſt, *ponere paſtum*. Paſtus autem atque alimentum apiculis eſt mel. Cæterum Theologi melle ad multa, eaque diverſa ſymbola uſi ſunt; quia variis ex facultatibus conſtat. Nam & purgandi & conſervandi facultate pollet. Mellis enim beneficio res incorruptæ permanent: & ulcera vetuſta melle expurgantur: idemque guſtu dulce eſt, & ab apiculis ex floribus congeſtum, quæ ex bove naſci ſolent. Idcirco dum iis qui Leonticis ſacris initiantur aquæ loco mel manibus lavandis affundunt, jubent eos manus ab omni malo noxioque ſcelere puras habere: quemadmodum iidem myſtam igne purgandi facultate prædito peculiari ritu luſtrant, aquam ut igni contrariam averſantes. Quin & linguam melle ab omni peccato expurgant.

VARIÆ LECTIONES.

1 αποβλεπει] An αποβλεπεις, vel αποβλεπῃς? 2 πεπλον] ſic opt. & *Meurſ. ad Lycophr.* Argent. tamen & Baſil. 3. πεπλων. πεπλον] Conſule *Pſalm.* 104. v. 2. & quæ nos ad Il. γ. v. 57. BARNESIVS. obſervationem *Barneſii*, quam memorat, adſcribam: (Tom. I. Opp. Homeri p. 115.) „ 57. Λαΐνον εσσο χιτωνα'] *Euſtath.* in locum fol. „ 287. lin. 19. καὶ Φῶς ἀμφιβαλέσθαι ἱματίου δικὴν ὁμοιότητα τιν' ἔχει πρὸς τοῦτο τὸ Ὁμηρι„ κόν. Alludit ad *Pſalm.* 104. v. 2." 3 δη] δε Cant. 2. 4 αυτο] omittit Cant. 2. 5 μενει] deeſſe hic aliquid videtur: forte τα χρηματα. 6 εϛι] Cant. utraque ετι, quod non melius. 7 γευσει] γεύσῃ Venet. Argent. 8 ἃς] ita pleræque: ſed Cant. 1. αἱ. 9 οντος του πυρος] peſſime Baſil. 3. οντος. Του πυρος.

CAP. XVI. Ὅταν δὲ [1] τῷ Πέρσῃ [2] προσάγωσι μέλι ὡς φύλακι [3] καρπῶν, τὸ φυλακτικὸν ἐν συμβόλῳ τίθενται· ὅθεν τινὲς ἠξίουν τὸ νέκταρ καὶ τὴν ἀμβροσίαν, [4] ἣν κατὰ ῥινῶν τάζει ὁ ποιητὴς, εἰς τὸ μὴ σαπῆναι τοὺς τεθνηκότας, τὸ μέλι ἐκδέχεσθαι· θεῶν τροφῆς ὄντος τοῦ μέλιτος· διὸ καί φησί που, νέκταρ ἐρυθρόν· τοιοῦτον γὰρ εἶναι τῇ χροιᾷ τὸ μέλι. ἀλλὰ [5] περὶ μὲν τοῦ νέκταρος εἰ χρὴ ἀκούειν ἐπὶ τοῦ μέλιτος, ἐν ἄλλοις ἀκριβέστερον ἐξετάσομεν· παρὰ δὲ τῷ Ὀρφεῖ ὁ Κρόνος μέλιτι ὑπὸ Διὸς ἐνεδρεύεται, πλησθεὶς γὰρ μέλιτος μεθύει, καὶ σκοτοῦται ὡς ἀπὸ οἴνου, καὶ ὑπνοῖ· ὡς παρὰ Πλάτωνι ὁ Πόρος τοῦ νέκταρος πλησθείς· ὕπω γὰρ οἶνος ἦν. φησὶ γὰρ παρ' Ὀρφεῖ ἡ Νὺξ τῷ Διΐ, ὑποτιθεμένη τὸν διὰ μέλιτος δόλον·

Εὖτ' ἂν δή μιν ἴδηαι ὑπὸ δρυσὶν ὑψικόμοισιν,
Ἔργοισι μεθύοντα μελισταάων ἐριβόμβων,
[6] Δῆσον αὐτόν. . . . . .

Verum ubi Perſæ (i. e. Mithræ) frugum cuſtodi mel offerunt, facultatem cuſtodiendi ſeu conſervandi in ſymbolo ponunt. Unde etiam nonnullis nectar & ambroſiam, quam poëta mortuorum naribus ad putredinem arcendam inſtillat, pro melle accipere placuit: cum mel Deorum cibus ſit. Ideoque quodam loco vocat *nectar fulvum*: hujusmodi autem color eſt mellis. Sed utrum pro nectare mel intelligendum ſit, alibi accuratius examinabimus. Cæterum apud Orpheum melle Saturno à Jove inſidiæ ſtruuntur. Nam melle repletus inebriatur, & quaſi ex vino caligine offunditur & obdormiſcit; quemadmodum apud Platonem Porus nectare diſtentus: necdum enim vinum erat. Nam Nox apud Orpheum melle ineſcandi dolum Jovi his verbis ſuggerit:

Quamprimum videas, ſtratum ſub quercubus altis,
Roſcido apum [7] probe madidum dulcique labore,
Stringe illum vinclis.

VARIÆ LECTIONES.

1 *τῃ Περσεφονῃ*] *γρ. τῷ Πέρσῃ*· at *Κόρη* ſupra *καρπῶν ἔφορος*. BARNESIVS. 1 *τῷ Πέρσῃ*] Temere & inſcite Barneſius *Πέρτῃ* mutat in *Περσεφόνῃ*· Nam *Πέρσης* eſt *Mithras*, qui cum non diverſus ſit a *ſole*, recte *καρπῶν φύλαξ* dicitur. Lapis apud Gruter. p. XXVIII. 6. PERSIDICIQVE. MITHRÆ. ANTISTES. BABYLONIE. TEMPLI. ubi corruptelæ ſuſpicionem movere poſſit rarior forma *Perſidicus*. Sed illam tuetur analogia. Nam ut a *Chalcis*, *idis* formatur *Chalcidicus*, ſic a *Perſis*, *idis*, *Perſidicus*. Ibidem, ut hoc obiter obſervem, *antiſtes* dicitur *Babylonius* non a patria, ſed profeſſione, ut in Propert. IV. 1. 79. bene Joſ. Scaliger accepit *Babylonius Horos*. *Perſes* etiam vocatur Mithræ ſacerdos. Vid. Hieronym. Epiſt. LVII. p. 590. & ſacra Mithræ *Perſica*. Vid. Damaſc. apud Suid. v. *Ἐπιφάνιος*, Gruter. p. CCCIII. 2. MLXXXVII. 4. Reineſ. ad Inſcr. I. 48. inprimis Phil. a Turre de Mithra Cap. 5. DAV. RVHNKENIVS. 2 *προσαγωσι*] Cant. 2. *προαγωσι*. 3 *καρπων*] ita pleræque recte: Baſileenſes tamen binæ 2. & 3. *καρπον* habent. 4 *ἣν*] Baſil. 2. *ἦν*. 5 *περι μεν του*] ita pleræque Baſil. 3. *περι του μεν*, quod perinde. 6 *Δησον αυτον*] *Αντικα μιν δησον* Cant. 2. ubi: „ *γρ. δησον αυτον*·] BARNESIVS. 7 *probe*] oblitus interpres videtur quantitatis: potuiſſet eadem opera *pulcre* ſcribere.

Ὃ καὶ πάσχει ὁ Κρόνος· καὶ δεθεὶς ἐκτέμνεται, ὡς ὁ οὐρανός· τῇ θεολόγῳ δι' ἡδονῆς δεσμεῖσθαι καὶ κατάγεσθαι τὰ θεῖα εἰς γένεσιν αἰνισσομένῳ· ἀποσπερματίζειν τε δυνάμεις, εἰς ἡδονὴν ἐκλυθέντα. ὅθεν ἐπιθυμία μὲν συνουσίας τὸν οὐρανὸν κατίουλα εἰς γῆν ἐκτέμνει Κρόνος· ταυτὸν δὲ τῇ ἐκ συνουσίας ἡδονῇ παρίστᾶλαι [1] αὐτοῖς ἡ τοῦ μέλιτος· ὑφ' ἧ δολωθεὶς ὁ Κρόνος [2] ἐκτέμνεται. πρῶτος τῶν ἀντιφερομένων τῷ οὐρανῷ ὁ Κρόνος ἐστὶ, καὶ ἡ τούτου σφαῖρα. κάτεισι δὲ δυνάμεις ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ τῶν πλανωμένων. ἀλλὰ τὰς μὲν ἐξ οὐρανοῦ δέχεται Κρόνος· τὰς δ' ἀπὸ τοῦ Κρόνου, Ζεύς.

Cap. XVII. Λαμβανομένου τοίνυν καὶ ἐπὶ καθαρμῷ τοῦ μέλιτος, [3] καὶ ἐπὶ Φυσικῆς σηπεδόνος, καὶ ἐπὶ ἡδονῆς εἰς γένεσιν καταγωγῆς, οἰκεῖον σύμβολον καὶ νύμφαις ὑδριάσι παρατίθεται, εἰς τὸ ἄσηπτον τῶν ὑδάτων, ὧν ἐπιστατοῦσι, καὶ τὴν κάθαρσιν αὐτῶν, καὶ τὴν εἰς γένεσιν συνεργίαν. συνεργεῖ γὰρ γενέσει τὸ ὕδωρ· διὸ καὶ ἐν τοῖς κρατῆρσι καὶ ἀμφορεῦσι [4] τιθαιβώσουσι μέλισσαι. τῶν μὲν κρατήρων σύμβολον τῶν [5] πηγῶν Φερόντων· καθὼς παρὰ τῷ Μίθρᾳ ὁ κρατὴρ ἀντὶ τῆς πηγῆς τέτακται. τῶν δ' ἀμφορέων, ἐν οἷς τὰ ἀπὸ τῶν πηγῶν ἀρυόμεθα.

Quod et Saturno evenit, qui vinctus caſtratur, ſicuti Cœlum. Quo ipſo poëta innuit, eſſentias divinas dulcedine ineſcatas vinciri atque in generationem deduci; & voluptate reſolutas virtutes quaſdam proſeminare. Unde & Cœlum coëundi deſiderio in terram deſcendentem Saturnus exſecat. Idem vero, quod coëundi voluptas, mellis dulcedo apud eos ſignificat: quo ineſcatus Saturnus caſtratur. Saturnus enim ejusque orbis primus eſt eorum, qui contra cœlum moventur. Deſcendunt autem tam a cœlo, quam a ſtellis errantibus, virtutes quædam. Sed cœli virtutes, Saturnus: Saturni deinde Jupiter excipit.

Cum ergo mel accipiatur & pro purgatione, & pro nativæ putredinis amuleto, & pro voluptate quæ in generationem deducit; proprium quoque ſymbolum Nymphis aquaticis conſtituitur, ob immunem a putredine aquarum naturam, quibus præſunt, atque earundem vim purgatricem, & cooperationem ad generationem. Concurrit enim aqua ad generationem. Atque hanc ob cauſam in crateribus & amphoris mellificant apes: cum crateres fontium ſymbolum gerant. Quemadmodum juxta Mithram crater pro fonte ponitur; amphoræ vero vaſorum, quibus ex fontibus haurimus.

VARIÆ LECTIONES.

1 *αυτοις ἡ του*] ita Cant. utraque: reliquæ *ἡ* omittunt. 2 *εκτεμνεται*] in Baſill. ut ſæpe, nulla diſtinctionum habita ratio: facile illas ex reliquis edd. & diſputationis forma reſtitui: eodem modo Baſil. 3. mox male *ουρανῳ· ὁ κρονος* ſejungit, quæ jungenda erant. 3 *και επι φυσικης σηπεδονος*] Sana hæc non eſſe, facile adparet: indicant enim: *mel accipi de naturali putredine*, cum voluerit Porphyrius *ſumi mel de remedio putredinis*, ut e tota diſputatione liquet. Holſtenius *amuleti* vocem inſeruit, quaſi legeretur *και επι* ΦΑΡΜΑΚΟΥ ΤΗΣ *φυσ. σηπ.* Equidem lubenter hoc loco acutioribus conjectandi elegantiam committo. 4 *τιθαιβωσσουσι*] Baſil. 3. *τιθαι βωσσουσαι* compara Not. Crit. ad Homeri locum in apparatu. 5 *πηγων*] Baſil. *πηγας*.

Cap. XVIII. Πηγαὶ δὲ καὶ νάματα οἰκεῖα ταῖς ὑδριάσι νύμφαις. καὶ ἔτιγε μᾶλλον νύμφαις ταῖς ψυχαῖς· ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλων, ἡδονῆς ὕσας ἐργαστικάς. ὅθεν καὶ ὁ Σοφοκλῆς ὐκ [1] ἀνοικείως ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔφη·

Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος· [2] Ερχεται τ' ἄλλη.

Καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας, μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλων. αὐτήν τε τὴν Κόρην μελιτώδη· σελήνην τε οὖσαν γενέσεως προστάτιδα, μέλισσαν ἐκάλων· ἄλλως τε [3] ἐπεὶ ταῦρον μὲν σελήνη, καὶ ὕψωμα σελήνης ὁ ταῦρος. βυγενεῖς δ' αἱ μέλισσαι· καὶ ψυχαὶ δ' εἰς γένεσιν ἰοῦσαι βυγενεῖς. καὶ βυκλόπος θεὸς ὁ τὴν γένεσιν λεληθότως ἀκούων. πεποίηνται ἤδη τὸ μέλι καὶ θανάτου σύμβολον· διὸ καὶ μέλιτος σπονδὴν τοῖς χθονίοις ἔθυον. τὴν δὲ χολὴν [4] ζωῆς. ἤτοι δι' ἡδονῆς αἰνιττόμενοι ἀποθνήσκειν τὸν ψυχῆς βίον, διὰ δὲ πικρίας ἀναβιώσκεσθαι. ὅθεν καὶ τοῖς θεοῖς χολὴν ἔθυον. ἢ ὅτι ὁ μὲν θάνατος λυσίπονος, ἡ δ' ἐνταῦθα ζωὴ, ἐπίμοχθος καὶ πικρά.

Fontes autem & rivuli Nymphis aquaticis proprii: & præcipue Nymphis: animabus ſcilicet; quas proprie apes antiqui vocabant, dulcedinis operatrices. Unde & Sophocles non incongrue de animabus dixit:

Examen errans mortuorum bombilat:
Aliaque adveniunt. . . . . .

Quin & Cereris ſacerdotes, ut Deæ terrenæ ſacrorum antiſtites, meliſſas ſive apes antiqui appellabant. Ipsamque Proſerpinam mellitam. Lunam quoque generationis præſidem Apem vocabant. Quam & alio nomine Taurum dixerunt. Et exaltatio Lunæ eſt Taurus: Bovigenæ autem apes ſunt. Et animæ in generationem progreſſæ hoc quoque nomine vocantur. Et boum fur deus ille qui clanculum generationem audit. Mortis quoque ſymbolum mel fecerunt. Ideoque libamen mellis Diis terreſtribus ſacrificabant. Fel autem vitæ ſymbolum erat. Sive voluptatis dulcedine animæ vitam emori ſignificarent; per amaritudinem vero eam reviviſcere. Unde & Diis fel ſacrificabant. Sive quod mors miſeriarum finis: vita autem hæc mortalis moleſta & acerba eſt.

VARIÆ LECTIONES.

1 *ανοικειως επι των*] ita pleræque recte, etiam Meurſ. ad Lycophr. v. 293. Baſil. tamen 2. 3. *επι* omittunt. 2 *ερχεται τ' αλλη*] Barneſius reſtituit, metri cauſſa: *αλλη δ' ερχεται* vero ſimili conjectura. 3 *επει ταυρον*] Ita omnes: *εποχειται ταυρῳ* Cant. 2. ubi ita *εποχειται ταυρῳ*] Ita pro corrupto *ἐπεὶ ταῦρον*, ut mox de *Mithra*. (Cap. XXIIII. p. 22.) *ἐποχεῖται δὲ ταύρῳ Ἀφροδίτης*· Ita poëtæ, *Lyncas* agit *Bromius*, *Pavos* Saturnia *pictos*; Tardos *Luna* boves. Et *Cynthia* nec *bobus* charum *Endymiona* fatigat. Barnesivs. Mihi ita hic locus videtur comparatus eſſe, ut reſtitutione opus habeat: Barneſii probabilis eſt conjectura; non talis tamen, ut tuto auctori poſſit adfingi. 4 *ζωης*] Ita Rom. 1. & Cantt. binæ. *ζωοις* tamen in Argent. & Baſileenſibus.

CAP. XIX. Οὐχ' ἁπλῶς μέν τοι πάσας ψυχὰς εἰς γένεσιν ἰούσας μελίσσας ἔλεγον· ἀλλὰ τὰς μελλούσας μετὰ δικαιοσύνης βιοτεύειν, καὶ πάλιν ἀνατρέφειν εἰργασμένας τὰ θεοῖς φίλα. τὸ γὰρ ζῶον φιλότροφον, καὶ μάλιστα δίκαιον, καὶ νηφαντικόν. ὅθεν καὶ νηφάλιοι σπονδαὶ, αἱ διὰ μέλιτος. καὶ κυάμοις οὐκ ἐφιζάνουσιν· ὡς ἐλάμβανον εἰς σύμβολον τῆς κατ' εὐθεῖαν γενέσεως, καὶ ἀκαμπῆς· διὰ τὸ μόνον σχεδὸν τῶν σπερματικῶν δι' ὅλου τετρῆσθαι, μὴ ἐγκοπλόμενον ταῖς μεταξὺ τῶν γονάτων [1] ἐμφράξεσι. Φέροιεν οὖν τὰ κηρία καὶ αἱ μέλισσαι οἰκεῖα σύμβολα καὶ κοινὰ ὑδριάδων νυμφῶν, καὶ ψυχῶν εἰς γένεσιν νυμφευομένων.

CAP. XX. Σπήλαια τοίνυν καὶ ἄντρα τῶν παλαιοτάτων πρὶν καὶ ναοὺς ἐπινοῆσαι θεοῖς ἀφοσιούντων· καὶ ἐν Κρήτῃ μὲν Κυρήτων, Διΐ· ἐν [2] Ἀρκαδίᾳ δὲ, Σελήνῃ καὶ Πανὶ Λυκείῳ· καὶ ἐν Νάξῳ, Διονύσῳ· παντάχοῦ δ' ὅπου τὸν Μίθραν ἔγνωσαν, διὰ σπηλαίου τὸν θεὸν ἱλεουμένων· τὸ Ἰθακήσιον σπήλαιον οὐκ ἠρκέσθη δίθυρον εἰπὼν Ὅμηρος· ἀλλὰ καὶ τὰς μέν τινας πρὸς βορρᾶν τετράφθαι θύρας, τὰς δὲ πρὸς νότον θεωτέρας. καὶ καταβατάς γε τὰς [3] βορείους· τὰς δὲ πρὸς νότον, οὔτε εἰ καταβαταὶ ἐπεσημήνατο· μόνον δὲ ὅτι,

Nec tamen promiſcue omnes animas in generationem progreſſas apes vocabant: ſed eas quæ ex juſtitiæ præſcripto victuræ, & poſtquam opera Diis grata perpetraſſent rurſum ad Deum erant reverſuræ. Animal enim hoc redire amat, & juſtitiæ obſervantiſſimum eſt, ac ſobrium. Unde & libationes, quæ melle fiunt, νηφάλιοι, ſive ſobriæ vocantur. Nec fabis inſident; quas generationis continuæ rectaque ſerie progredientis ſymbolum ſtatuebant. Quia fabæ ferme ſolæ inter omnia quæ ſeruntur, ſcapo penitus pertuſo & perforato ſunt, nullis internodiorum obturationibus inciſæ & interceptæ. Favi igitur apesque & propria & communia Hydriadum ſive aquaticarum Nympharum ſymbola erant, atque animarum quæ veluti ſponſæ ad generationem procedunt.

Cum igitur antiquiſſimi, etiam priuſquam templa excogitarentur, ſpecus & antra Diis conſecrarint: & in Creta quidem Curetes Jovi: in Arcadia autem Lunæ & Pani Lyceo: & in Naxo Baccho: ubicunque vero Mithram agnoverunt, eidem Deo in ſpecubus ſacra fecerint: non ſatis erat Homero, Ithacenſi antro gemina oſtia attribuiſſe: ſed addit præterea, alterum oſtium ad Boream fuiſſe converſum, alterum vero divinius ad auſtrum: item Boreali illo patuiſſe deſcenſum. Utrum vero auſtrali quoque janua deſcendi potuerit, non indicat: id ſolum dicit, quod

VARIÆ LECTIONES.

1 ἐμφράξεσι] ἐμφράκτοις Le Moyne *Ep. de Melanepb.* p. 265. 2 Ἀρκαδίᾳ δὲ] Ἀρκαδὶ δὲ Cant. 2. 3 βορείους] Ita Argent. Cant. 2. βωρείους Cant. 1. βαρείους Baſil. 2. 3.

. . . . . οὐδέ τι κείνῃ
Ἄνδρες [1] ἐσέρχονται· ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.

CAP. XXI. Ἔπεται τοίνυν [2] ζητεῖν τι τὸ βούλημα, εἴτε τῶν καθιδρυταμένων, ὥσπερ ἱστορεῖ ὁ ποιητὴς ἀπαγγέλλει, ἢ αὐτῷ γε τὸ αἴνιγμα· εἴ περ [3] αὐτῷ πλάσμα τὸ διήγημα. [4] τοῦ δὲ ἄντρου [5] εἰκόνα καὶ σύμβολόν φησι τῷ κόσμῳ φέροντος [6] Νουμήνιος, καὶ ὁ τούτου ἑταῖρος Κρόνιος, δύο εἶναι ἐν οὐρανῷ ἄκρα· ὧν ὅτε νοτιώτερόν ἐστι τῶν χειμερινοῦ τροπικῷ· ὅτε βορειότερον τῷ θερινῷ· ἔστι δ' ὁ μὲν θερινὸς, κατὰ καρκίνον· ὁ δὲ χειμερινὸς, κατ' [7] αἰγόκερων. καὶ προσγειόταλος μὲν ὢν ἡμῖν ὁ καρκίνος, εὐλόγως τῇ προσγειοτάτῃ σελήνῃ ἀπεδόθη· ἀφανοῦς δ' ἔτι ὄντος τῷ νοτίῳ πόλῳ, τῷ μακρὰν ἔτι ἀφεστηκότι, καὶ ἀνωτάτῳ τῶν πλανωμένων πάντων ὁ [8] αἰγόκερως ἀπεδόθη, ἤγουν τῷ Κρόνῳ.

CAP. XXII. Καὶ ἔχουσί γε ἐφεξῆς αἱ θέσεις τῶν ζῳδίων ἀπὸ μὲν καρκίνου εἰς αἰγόκερων· πρῶτα μὲν λέοντα, οἶκον ἡλίου· εἶτα παρθένον, ἑρμοῦ· ζυγὸν δὲ, ἀφροδίτης· σκόρπιον, ἄρεος· τοξότην, Διός· Αἰγόκερων, χρόνου· ἀπὸ δ' αἰγοκέρω [9] ἔμπαλιν,

. . . . *Invia prorsus*
Est homini: præbetque viam immortalibus unis.

Proximum igitur est, ut inquiramus, quid sibi velit hæc narratio; sive ab aliis consecratum dedicatumque antrum vera fide poëta describat; sive occultum quid eo significet; seu merum ipsius figmentum sit. Sed cum antrum hoc mundi imaginem symbolumque gerat, Numenius, & familiaris ejus Cronius duas aiunt in cœlo extremitates esse: quarum altera nihil remotius ad austrum, tropico hyberno; nec septentrionalius quidquam æstivo. Et æstivus quidem est ad signum Cancri; hybernus vero ad Capricornum. Et cum Cancer nobis sit viciniſſimus, optima ratione Lunæ, quæ terræ proxima est, attribuitur. Cumque polus Australis nobis inconspicuus sit, ideo Capricornus maxime diſſito & supremo planetarum, Saturno scilicet, tribuitur.

Et signa a Cancro ad Capricornum hoc ordine situm suum obtinent. Primum quidem Leo, domus solis: dein Virgo, Mercurii: Libra autem, Veneris: Scorpius, Martis: Sagittarius, Jovis: Capricornus, Saturni. Rursum verso ordine a

VARIÆ LECTIONES.

1 εσερχονται] Ita restitui e Cant. 2. Reliquæ fere εισερχονται vitio metri. 2 ζητειν τι το] Sic Barnesius correxit: olim τι omittebatur. Cæterum illud, quod sequitur ὡσπερ, nescio quid alieni habet: integer locus sanus non videtur: sed nolo quidquam temere constituere. 3 αυτῳ πλ.] malim αυτου. 4 του δε] Ita Cant. 2. δη Venet. Basil. 2. & Cant. 1. δι Basil. 3. 5 εικονα] Confer quæ nos ex *Platonicis* ad *Od.* ν', 110. BARNESIVS. Vide hanc notam inter var. expl. in Homeri locum, in Apparatu. 6 Νουμηνιος] Noumενιος Cant. 2. 7 αιγοκερων] αιγοκαιρων Venet. & Basil. 2. 8 αιγοκερως] Ita optime. Basil. 2. 3. αιγοκερος unde mox illæ αιγοκερου habent, ubi Cant. 2. recte αιγοκερω dedit. 9 εμπαλιν] δ' εμπαλιν Cant. 2.

ὑδροχόον, κρόνῳ· ἰχθύας, διὸς· ἄρεος, κριόν· ταῦρον, ἀφροδίτης. διδύμους, ἑρμῇ· καὶ σελήνης λοιπὸν καρκίνον. δύο ἂν ταύτας ἔθεντο πύλας, καρκίνον καὶ αἰγόκερων οἱ θεολόγοι. Πλάτων δὲ δύο τόμια ἔφη τούτων δὲ καρκίνον μὲν εἶναι, δι' ἃ κατιᾶσιν αἱ ψυχαί· αἰγόκερων δὲ, δι' ἃ ἀνιᾶσιν. ἀλλὰ καρκίνος μὲν, βόρειος καὶ καταβατικός. αἰγόκερως δὲ, νότιος καὶ ἀναβατικός. ἔστι δὲ τὰ μὲν βόρεια, ψυχῶν εἰς γένεσιν κατιουσῶν.

CAP. XXIII. Καὶ ὀρθῶς καὶ τῷ ἄντρῳ αἱ πρὸς βορρᾶν πύλαι καταβαταὶ ἀνθρώποις. [1] τὰ δὲ νότια ἀ θεῶν, ἀλλὰ τῶν εἰς θεοὺς ἀνιουσῶν· διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἀ θεῶν ἔφη ὁδὸς, ἀλλ' ἀθανάτων· ὁ κοινὸν καὶ ἐπὶ ψυχῶν [2] ἢ ἀσῶν καθ' αὐτὸ, ἢ τῇ ἀσίᾳ ἀθανάτων. τῶν δύο πυλῶν τούτων μεμνῆσθαι καὶ Παρμενίδην ἐν τῷ Φυσικῷ Φασι Ῥωμαίους τε καὶ Αἰγυπτίους. Ῥωμαίους γὰρ τὰ κρόνια ἑορτάζειν, ἡλίου κατ' αἰγόκερων γενομένου. ἑορτάζειν δὲ τοὺς δούλους ἐλευθέρων [3] ὑποδήματα περιβάλλοντας,

Capricorno, Aquarius Saturni: Piſces, Jovis: Aries, Martis: Taurus, Veneris: Gemini, Mercurii: denique Cancer Lunæ. Duas ergo has portas ponebant Theologi, Cancrum & Capricornum: quæ Plato duo oſtia vocat. Ex hiſce Cancrum aiunt eſſe, per quem animæ deſcendunt: Capricornum vero per quem rurſus aſcendunt. At Cancer quidem borealis & deſcenſui aptus: Capricornus autem auſtralis, & aſcenſui commodus. Partes vero ſeptentrionales propriæ ſunt animabus in generationem deſcendentibus.

Et recte quidem portæ antri boream ſpectantes, deſcenſui hominum patere dicuntur. Partes autem auſtrales, non Deorum, ſed aſcendentium ad Deos. Eam ob cauſam non dixit Deorum viam, ſed immortalium: quod animabus quoque commune eſt, quæ per ſe ſive eſſentia ſua immortales ſunt. Harum duarum portarum et Parmenidem libro de rerum natura meminiſſe aiunt. Apud Romanos quoque & Ægyptios eorum memoriam exſtare. Romanos enim Saturnalia celebrare Sole ad Capricornum accedente: celebrare vero ita, ut ſervos liberorum caligis

VARIÆ LECTIONES.

1 τα δε νοτια] debuiſſet αἱ δε νοτιαι, ſi ſtricte loqueretur. nunc μερη intelligit, enallage generis ſatis obvia, & ſatis etiam a DD. VV. obſervata (*a*): unde nihil temere mutandum. 2 η ουσων καθ' αυτο] Non capio hæc ſatis e ſententia: Melius intelligerem, ſi καθ' αὐτας, ἐξ αὐτων, aut ſimile quid legeretur: Innuit Porphyrius, animas vel *a ſe ipſis exſiſtentes*, h. e. δι' αὐτων, ἐξ αὐτων, & καθ' αυτας, ut Plato loquitur & Philoſophi vetuſti, vel *ſua natura inmortales*, αθανατους τῃ ουσιᾳ· *animabus* enim proprium *immortales* eſſe. 3 ὑποδηματα περιβ.] de hoc loco ita cel. Ruhnkenius in literis ad me datis: „ Non dubito, quin Te & locutio, & res ipſa offenderit in his, ἑορτάζειν δὲ „ τοὺς δούλους ἐλευθέρων ὑποδήματα περιβάλλοντας· Mihi legendum videtur: ἐνδύματα περι„ βάλλοντας. Dominos ſaturnalibus poſuiſſe, ſervos induiſſe, docet Lipſius Saturn. I. 2." Veriſſime vir acutiſſimus, de cujus emendatione Porphyrio gratulamur.

(*a*) v. Elsner. Obſerv. Sacr. Tom. I. p. 128. Mill. præf. Tom. I. ed. των LXX. p. XI. Barneſ. ad Anacreont. p. 8.

καὶ πάντων ἀλλήλοις κοινωνούντων. αἰνιξαμένου τῷ νομοθέτῃ, ὅτι κατὰ ταύτην τῷ ὑρανῷ τὴν πύλην, οἱ νῦν ὄντες διὰ τὴν γένεσιν δοῦλοι, διὰ τῆς χρονικῆς ἑορτῆς, καὶ τῷ ἀναχειμένῳ χρόνῳ οἴκῳ, ἐλευθεροῦνται, ἀναβιωσκόμενοι καὶ εἰς [1] αὐτογένεσιν ἀπερχόμενοι. καταβατικὴ δὲ αὐτοῖς ἡ ἀπ' αἰγόκερω ὁδός. διὸ ἰανύαν εἰπόντες τὴν θύραν, καὶ ἰανυάριον μῆνα τὸν θυραῖον προσεῖπον· ἐν ᾧ ἥλιος ἀπ' αἰγόκερω πρὸς ἑῶαν ἐπάνεισιν, ἐπιστρέψας εἰς τὰ βόρεια.

CAP. XXIIII. Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους [2] οὐχ' ὑδροχόος, ὡς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καρκίνος. πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ σῶθις, ἣν κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνες φασί. νουμηνία δ' αὐτοῖς ἡ σώθεως ἀνατολὴ, γενέσεως καταρχοῦσα τῆς εἰς τὸν κόσμον· ὅτ' ὢν ἀνατολῇ καὶ δύσει τὰς θύρας ἀνέθηκαν, ὅτε ταῖς ἰσημερίαις, οἷον κριῷ καὶ ζυγῷ, ἀλλὰ νότῳ καὶ βορρᾷ, καὶ ταῖς κατὰ νότον [3] νοτιωτάταις, καὶ ταῖς κατὰ βορρᾶν βορειοτάταις· ὅτι ψυχαῖς καθιέρωτο τὸ ἄντρον καὶ νύμφαις ὑδριάσι. [4] ψυχαῖς δὲ γενέσεως καὶ ἀπογενέσεως οἰκεῖοι οἱ τόποι. τῷ μὲν ὢν Μίθρᾳ, οἰκείαν καθέδραν τὴν κατὰ τὰς ἰσημερίας [5] ὑπέταξαν. διὸ κριῷ μὲν Φέρει ἀρηίῳ ζωδίῳ τὴν μάχαιραν· ἐποχεῖται δὲ [6] ταύρῳ ἀφροδίτης. ὡς καὶ ὁ ταῦρος, δημιουργὸς ὢν ὁ Μίθρας, καὶ γενέσεως δεσπό-

induant, & omnia invicem communia habeant. Quo ipso legislator significare voluit, quod juxta hanc cœli portam, iis quos nascendi conditio servos fecit, per festum Saturnaliorum & domum Saturno attributam liberantur, ubi reviviscunt & ad generationis fontem redeunt. Retrograda autem ipsis via, quæ a Capricorno incipit. Idcirco cum *januam* vocent *ostium*, mensem quoque *Januarium* quasi *ostiarium* appellarunt, quo sol a Capricorno versus orientis plagam revertitur, cursum ad septentrionales partes dirigens.

Ægyptiis vero principium anni non Aquarius, ut apud Romanos, sed Cancer. Nam prope Cancrum est Sothis stella, quam Græci Canem vocant. Novilunium autem ipsis exortus Sothis, quod generationis principium in mundo sit. Quapropter non orienti & occasui, nec æquinoctiis portas attribuerunt, arieti scilicet & libræ; sed austro & boreæ, portisque versus austrum maxime australibus, & versus boream maxime borealibus: quia antrum hoc animabus & Nymphis aquaticis sacrum erat. Animabus vero nascendis & denascendis loca illa maxime propria. Quocirca Mithræ peculiarem sedem juxta æquinoctia attribuerunt. Ideo arietis, Martii signi, gladium gestat; vehiturque Tauro, signo Veneris: nam Mithra æque ut Taurus

VARIÆ LECTIONES.

1 *αυτογενεσιν*] *αυτογεννησιν* Cant. 2. 2 *ουχ' ὑδροχοος*] Al. *ουχ' ὁ ὑδροχοος*. 3 *νοτιωταταις*] Irrupit post hæc lacuna e Cant. 1. in 2. derivata, quam e prioribus editis & versione Holstenii restituimus: omittebantur enim verba, *και ταις κατα βορραν βορειοταταις*· qui stricte censeat, non dubito, quin universum hunc locum, inde a *νοτῳ και βορρα* obelo notaverit. 4 *ψυχαις δε γενεσεως* &c.] An forte: *ψυχαις δε, επιγενεσεως και απογενεσεως ο. οἱτ.* cl. Gesnerus excitat: *ψυχαις και γενεσεως και απο γεν.* quod etsi recepta sit potius, non sufficit tamen. 5 *ὑπεταξαν*] Basil. 2. *ὑπετοξαν* Venet. *ὑπετοξον*. 6 *ταυρῳ ΑΦροδιτης*] Melius scripseris & Græco more: *ταυρῳ τῳ ΑΦροδιτης*, distinctive.

της, κατὰ τὸν ἰσημερινὸν δὲ τέτακται κύκλον· ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχων τὰ βόρεια, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὰ νότια. τεταγμένῳ αὐτοῖς κατὰ μὲν τὸν νότον, τῷ κατ' αὐτὸν [1] ἡμισφαιρίῳ, διὰ τὸ εἶναι θερμόν· κατὰ δὲ τὸν βορρᾶν, τῷ κατ' ἐκεῖνον, διὰ τὸ ψυχρὸν τῷ ἀνέμῳ.

CAP. XXV. Ψυχαῖς δ' εἰς γένεσιν ἰούσαις, καὶ ἀπὸ γενέσεως χωριζομέναις εἰκότως ἔταξαν ἀνέμους· διὰ τὸ [2] ἐφέλκεσθαι καὶ [3] αὐτὰς πνεῦμα, ὥς τινες ᾠήθησαν, καὶ τὴν οὐσίαν ἔχειν τοιαύτην. ἀλλὰ βορέας [4] μὲν οἰκεῖος εἰς γένεσιν ἰούσαις. διὸ καὶ τοὺς θνήσκειν μέλλοντας ἡ [5] βορέου πνοὴ ζωγρεῖ ἐπιπνέουσα, κακῶς [6] κεκαφηότας θυμόν. ἡ δὲ τοῦ νότου διαλύει. ἡ μὲν γὰρ πήγνυσι ψυχροτέρα οὖσα, καὶ ἐν τῷ ψυχρῷ τῆς χθονίου γενέσεως διακρατεῖ. ἡ δὲ διαλύει, θερμοτέρα οὖσα, καὶ πρὸς τὸ θερμὸν τοῦ θείου ἀναπέμπουσα. βορειοτέρας δ' οὔσης τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης [7] ἀνήκει τὰς τῇδε χυομένας βορρᾷ ἀνέμῳ ὁμιλεῖν· καὶ τὰς ἐντεῦθεν ἀπαλλαττομένας, νότῳ· αὕτη δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ τὸν μὲν βορρᾶν ἀνερχόμενον μέγαν εἶναι· τὸν δὲ νότον, λήγον-

auctor productorque rerum est, & generationis dominus. Positus autem est juxta æquinoctialem circulum, habens a dextris partes septentrionales, a sinistris australes: adjuncto ipsi australi hemisphærio: a parte austri, eo quod calidum sit: versus boream vero, boreali; ob venti ejus frigiditatem.

Cæterum animabus in generationem progredientibus, & a generatione redeuntibus non sine ratione ventos adjungebant: eo quod & ipsæ, ex quorundam sententia, spiritum attrahant; & substantiam spiritualem obtineant. Sed boreas quidem proprius iis quæ in generationem progrediuntur: ideoque moribundos boreæ aura afflans refocillat, ægre animam trahentes. Contra austri flatus dissolvit. Illius enim aura congelat constringitque eo quod frigidior sit, & in terrenæ generationis frigiditate dominetur: hujus vero dissolvit; quia calidior est, & ad divinum calorem remittit. Sed cum terra quæ a nobis habitatur magis ad boream vergat, animas hic nascentes boreæ venti consuetudine uti oportet; austri autem eas quæ hinc discedunt. Eadem quoque causa est cur Boreas primo impetu vehemens sit: auster

VARIÆ LECTIONES.

post δεσποτης, quod succedit, pessime editi punctum majus posuerant: unde Holstenius non nihil e via deflexit. 1 ἡμισφαιριου] ἡμισαιφριου Rom. Venet. Arg. ἡ μισαιφριου Bas. 2. non puto, corruptum alicui hunc locum visum iri: alias ex hac discrepantia vera forte lectio posset erui, quare adnotavi. 2 εφελκεσθαι και αυτας] Certissime transpones .... και εφελκεσθαι αυτας· junguntur enim: *Ideo, quod et ventum adtrabant, e quorundam sententia* (vel *spiritum*): *Et sua essentia tales, sint.* 3 αυτας] Ita opt. sed Basil. 2. 3. αυτα. 4 μεν οικειος] melius videbatur hoc, quam antiquiorum ὁ οικειος· Ideo e Cant. 2. repetii. 5 βορεου] vid. ad *Iliad.* ε'. 697. & *Odyss.* ν'. 110. BARNESIVS. dabimus hanc notam inter *Explic. var. loci Homerici* in Apparatu, posteriorem puta: ad Iliad. enim nihil. 6 κεκαφηοτας] κεκαφηοτα Cant. 2. non melius, proprie hoc vertas *exspirantes*: unde parum abest, quin dixerim, legendum pro κακως κεκαφηοτας esse ει και ὡς κεκαφηοτας· *licet jam quasi efflarent animam; etsi exspirare jam fere viderentur*: quod præterea εμφατικωτερον. 7 ανηκει] Rom. 1. ανηκε.

τα. ὁ μὲν γὰρ, εὐθὺς ἐπίκειται τοῖς ὑπὸ τὴν ἄρκτον οἰκοῦσιν· ὁ δὲ μακρὰν ἀφέστηκε· χρονιωτέρα δ' ἡ ἐκ τῶν ἄποθεν ἐπιῤῥοή. καὶ ὅταν ἀθροισθῇ, τότε [1] πληθύνει.

CAP. XXVI. Εἰς γένεσιν δ' ἀπὸ βορέου πύλης τῶν ψυχῶν ἐρχομένων, ἐρωτικὸν διατοῦτο [2] ὑπεστήσαντο τὸν ἄνεμον. καὶ γὰρ,

[3] Ἵππῳ ἐεισάμενος [4] παρελέξατο κυανοχαίτῃ.
Αἶψ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους.

Καὶ τὴν Ὠρείθυιαν αὐτὸν ἁρπάσαι Φασίν. ἐτέκνωσέ τε Ζήτην καὶ Κάλαϊν. τὸν δὲ νότον θεοῖς νέμοντες, ἱσταμένης τῆς μεσημβρίας, ἐν τοῖς ναοῖς τῶν θεῶν τὰ περιπετάσματα ἕλκυσι. τὸ Ὁμηρικὸν δὴ τοῦτο φυλάσσοντες παράγγελμα, ὡς κατὰ τὴν εἰς νότον ἔγκλισιν τοῦ ἡλίου. καὶ ὁ θέμις ἀνθρώποις εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερά· ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.

CAP. XXVII. [5] Ἱστᾶσιν οὖν καὶ σύμβολον τῆς μεσημβρίας καὶ τοῦ νότου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ μεσημβριάζοντος τοῦ θεοῦ. ὄκνον δ' ἐπὶ τῶν ἄλλων θυρῶν ἐφ' ὁποιασοῦν ὥρας ἐξὸν λαλεῖν, ὡς ἱερᾶς ὕσης θύρας καὶ διαλοῦτο οἱ [6] Πυθαγόρειοι, καὶ οἱ παρ' Αἰγυπτίοις

vero ſub ipſum finem. Ille enim recta incumbit habitantibus ſub ſeptentrione: at hic longius diſtat: tardior vero ex longinquo afflatus: qui ubi coacervatur, tum demum augeſcit.

Præterea cum animæ à porta boreæ generationem ingrediantur, ideo amatorium hunc ventum finxerunt. Hinc apud Poëtam:

Aſſimilatus equo ſe miſcuit hiſce jubato:
Aſt illæ gravidæ bis ſex pullos genuerunt.

Et Orithyiam eum rapuiſſe ferunt: ex qua Zeten Calainque progenuit. Auſtrum vero Diis attribuentes, mero meridie in templis Deorum cortinas reducunt. Scilicet Homericum illud præceptum ſervantes, ſole verſus auſtrum inclinante nefas eſſe hominibus deorum templa ingredi: *ſed iter patet immortalibus unis.*

Auſtrum igitur meridiei ſymbolum ſtatuunt: cum Deus meridiano tempore oſtio immineat. Ideoque nec ad alias fores quocunque demum tempore loqui fas erat: quaſi ſacræ ſint fores. Atque eam ob cauſam Pythagorei & Ægyptiorum

VARIÆ LECTIONES.

1 πληθυνει] πληθυν Argent. 2 ὑπεσησαντο] Cant. 2. unitatis numero ὑπεστατο. 3 Ἵππῳ] Iliad. υ΄. 224. BARNESIVS. 4 παρελεξατο] παρελαξατο Venet. 5 ἱστασιν ουν &c.] Locum non capio, niſi plenius legeris: ἱστασιν ουν ΕΠΙ ΤΩι ΙΕΡΩι και συμβ. &c. vel potius: ἱστασιν ουν του ἱερου (vel θειου) συμβολον και την μεσημβριαν και τον νοτον· *Divinarum igitur ſacrarumque rerum & meridiem ſtatuerunt ſymbolum, & Notum.* 6 Πυθαγορειοι] Ita Cant. utraque, aliæ ut Rom. 1. & Baſil. 2. 3. Πειθαγορειοι.

σοφοὶ, μὴ λαλεῖν ἀπηγόρευον διερχομένυς ἢ θύρας, ἢ πύλας· σεβομένυς ὑπὸ σιωπῆ θεὸν ἀρχὴν τῶν ὅλων ἔχοντα. οἶδε δὲ καὶ Ὅμηρος ἱερὰς τὰς θύρας, ὡς δηλᾶι παρ' αὐτῷ ὁ σείων Οἰνεὺς ἀνθ' ἱκετηρίας τὴν θύραν,

[1] Σείων κολλητὴν σανίδα γυνύμενος υἱόν.

Οἶδε δὲ καὶ πύλας ὐρανῦ, ἃς αἱ Ὧραι ἐπιστεύθησαν, ἀρχὰς ἐχύσας τῶν νεφυμένων τόπων· ὧν αἱ ἀνοίξεις καὶ τὰ κλεῖθρα διὰ νεφῶν.

[2] Ἡμὲν ἀναχλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι.

Καὶ διατῦτο μυκώμεναι· ὅτι καὶ αἱ βρονταὶ διὰ νεφῶν.

[3] Αὐτόματοι δὲ πύλαι μύχον ὐρανῦ, ἃς ἔχον Ὧραι.

CAP. XXVIII. Λέγει δέ πυ καὶ [4] ἠλίυ πύλας· σημαίνων Καρκίνον τε καὶ Αἰγόκερων· ἄχρι τύτυ προιῦσιν, ἀπὸ βορέυ ἀνέμυ εἰς τὸν νότον κατιών· κἀκεῖθεν ἐπανιὼν εἰς τὰ βόρεια. Αἰγόκερως δὲ καὶ Καρκίνος περὶ τὸν γαλαξίαν, τὰ πέρατα αὐτῦ

sapientes prohibebant, ne quis fores vel portas tranſiens loqueretur: Deum univerſi principium ſilentio venerantes. Cæterum nec Homerus ignoravit portas ſacras eſſe: quod Oeneus apud ipſum ſupplicationis loco portam pulſans oſtendit:

Aſſeribusque fores compactas concutit orans
Gnatum.

Quin & Cœli portas Horis commiſſas novit, locis nebuloſis principia ſua habentes; quæ & aperiuntur & occluduntur per nubes:

Sive aperire velint denſam, ſeu claudere nubem.

Quæ & remugire dicuntur, quia tonitrua per nubes eduntur.

Sponte ſua crepuere fores cœli, quibus Horæ
Præſunt.

Idem & Solis portas alibi commemorat: Cancrum & Capricornum ſignificans. Hiſce enim ſpatiis Sol a ſeptentrione ad auſtrum deſcendens, & inde rurſum ad partes boreales aſcendens includitur. At Capricornus & Cancer prope lacteum

VARIÆ LECTIONES.

1 Σειων] *Iliad.* ι'. 579. ibi κολλητὰς σανίδας melius. BARNESIVS. 2 Ἡμεν] *Iliad.* ε'. 751. θ'. 393. Idem. 3 Αυτοματοι] *Iliad.* ξ. 749. θ'. 395. Idem. 4 ἡλιου πυλας] Ηελιοιο πυλας Cant. 2. ubi: „*Od.* ω. 12." Idem.

εἰληχότες. Καρκίνος μὲν τὰ βόρεια, Αἰγόκερως δὲ τὰ νότια. δῆμος δὲ ὀνείρων κατὰ Πυθαγόραν αἱ ψυχαὶ, ἃς συνάγεσθαί [1] φησιν εἰς τὸν γαλαξίαν· τὸν ὕτω προσαγορευόμενον, ἀπὸ τῶν γάλακτι τρεφομένων, ὅταν εἰς γένεσιν πέσωσιν. ᾧ καὶ σπένδειν αὐταῖς [2] τὰς ψυχαγωγὰς μέλι κεκραμένον γάλακτι· ὡς ἂν δι' ἡδονῆς εἰς γένεσιν [3] μεμελετηκυίαις ἔρχεσθαι· αἷς [4] συγκυεῖσθαι τὸ γάλα πέφυκεν. ἔτι τὰ μὲν νότια μικροφυῆ ποιεῖ τὰ σώματα. τὸ γὰρ θερμὸν ἰσχναίνειν αὐτὰ μάλιστα εἴωθεν. ἐν αὐτῷ δὲ τούτῳ καὶ κατασμικρύνειν καὶ ξηραίνειν. ἔτι δ' ἐν τοῖς βορείοις πάντα μεγάλα τὰ σώματα. δηλοῦσι δὲ Κελτοὶ, Θρᾷκες, Σκύθαι. ἥ τε γῆ κάθυγρος αὐτῶν οὖσα, καὶ νομὰς πλείστας φέρουσα. ἐπεὶ καὶ αὐτό γε τοὔνομα ἀπὸ τῆς βορᾶς· βορὰ δὲ ὄνομα τροφῆς. καὶ ὁ ἐκ γῆς ὢν πνέων τροφοῦ, ἅτε τρόφιμος ὤν, βορρᾶς κέκληται.

CAP. XXIX. Κατὰ ταῦτα τοίνυν τῷ μὲν θνητῷ καὶ [5] γένεσιν ὑποπεπλωκότι φύλῳ, τὰ βόρεια οἰκεῖα· τῷ δὲ ἀθανάτῳ, τὰ νότια· ὡς θεοῖς μὲν τὰ ἀνατολικά. δαίμοσι δὲ τὰ δυτικά. ἀρξαμένης γὰρ τῆς φύσεως ἀπὸ ἑτερότητος, παντα χοῦ τὸ δίοδον αὐτῆς πεποίηνται σύμβολον. ἢ γὰρ διὰ νοητοῦ ἡ πορεία, ἢ δι' αἰσθητοῦ. [6] καὶ τοῦ αἰσθητοῦ, ἢ διὰ τῆς ἀπλανοῦς, ἢ διὰ τῆς τῶν πεπλανημένων. [7] καὶ πάλιν, ἢ

circulum ſunt, cujus extremitates occupant: Cancer quidem ſeptentrionales; Capricornus vero auſtrales. Cæterum ſecundum Pythagoram animæ ſunt turba illa ſomniorum, quam in lacteum circulum congregari aſſerit: cui id nomen ab animabus, quæ in generationem delapſæ lacte nutriuntur. Et hanc ob cauſam illos qui animas evocant lac mulſum in libationibus adhibere: quippe quæ dulcedinis illicio in generationem venire avent; cum quibus lac una gigni ſolet. Præterea regiones auſtrales corpora exigua producunt. Calor enim maxime ea attenuare, atque hoc ipſo imminuere & exſiccare ſolet. E contra in borealibus plagis omnia corpora magna proveniunt. Exemplo ſunt Celtæ, Thraces & Scythæ: & regio ipſorum humida eſt, & paſcuis abundat. Cum ipſum quoque Boreæ nomen veniat a vorando: quæ vox ad nutritionem ſpectat. Inde & ventus a terra nutrimentis affluente ſpirans, utpote nutritivus, Boreas quaſi vorans fuit dictus.

Haſce ergo ob cauſas mortalitati & naſcendi legibus obnoxio generi proprie boreales partes conveniunt: immortali vero, auſtrales. Sicuti Diis orientales; dæmonibus vero occiduæ tribuuntur. Cum enim natura a diverſitate cœperit, quicquid ubique bipatente aditu eſt, ſymbolum ejus conſtituerunt. Progreſſus enim vel per intelligibile, vel per ſenſibile. Et ſi per ſenſibile, aut per orbem fixum,

VARIÆ LECTIONES.

1 *φησιν*] Ita pleræque. Cant. 2. *φασιν*· ſimiliter Meurſ. Spicil. in Theocr. p. 138. Pontan. in Macrob. p. 678. 2 *τους*] Argent. *την*. 3 *μεμελετηκυιαις*] *μεμελετηκυιας* Argent. 4 *συγκυεισθαι*] *συγκεισθαι* Baſil. 3. 5 *γενεσιν*] *γενεσει* Baſil. 2. 3. 6 *και του αισθητου*] omittuntur hæc in Cant. 2. 7 *και παλιν, η δια*] Vide Lector, quam recte lacunam, caſu detectam, reſtituere poſſis. Scripſerat auctor: *και παλιν* ΤΟΥ ΝΟΗΤΟΥ, *η δια* &c. ſed imperitus exſcriptor, concurſu ſecundorum caſuum turbatus, media omiſit.

διὰ τῆς [1] ἀθανάτου, ἢ διὰ τῆς θνητῆς πορείας. καὶ κέντρον, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆν, τὸ δ' ὑπόγειον· τὸ μὲν, ἀνατολικόν· τὸ δὲ, δυτικόν. καὶ τὰ μὲν ἀριστερὰ, τὰ δὲ δεξία. νύξ τε καὶ ἡμέρα· καὶ διὰ τοῦτο, παλίντονος ἡ ἁρμονία, [2] καὶ τοξεύει διὰ τῶν ἐναντίαν. δύο δὲ στόμια Πλάτων φησί· δι' ὧν μὲν ἀναβαινόντων εἰς οὐρανόν. δι' ὧν δὲ κατιόντων εἰς γῆν. καὶ τῶν θεολόγων πύλας ψυχῶν ἥλιον τιθέντων καὶ σελήνην· καὶ διὰ μὲν ἡλίου, ἀνιέναι, [3] διὰ δὲ σελήνης κατιέναι· καὶ δύω πίθοι παρ' Ὁμήρῳ,

[4] Δώρων οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.

CAP. XXX. Πίθου νοουμένης καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν Γοργίᾳ τῆς ψυχῆς· καὶ τῆς μὲν [5] καλοεργέτιδος, τῆς δὲ κακοεργέτιδος· καὶ τῆς μὲν λογικῆς, τῆς δ' ἀλόγου· πίθοι δὲ, ὅτι [6] χωρήματα ἦσαν αἱ ψυχαὶ ἐνεργειῶν τε καὶ ἕξεων ποιῶν. καὶ παρ' Ἡσιόδῳ, ὁ μέν τις νοεῖται πίθος δεδεμένος· [7] ὁ δὲ, ὃν λύει ἡ ἡδονὴ, καὶ εἰς πάντα διασκεδάννυσι, μόνης ἐλπίδος μενούσης. ἐν οἷς γὰρ ἡ Φαύλη ψυχὴ σκιδναμένη περὶ ὕλην τάξεως διαμαρτάνει, ἐν τούτοις ἅπασι ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσιν ἑαυτὴν βυκολεῖν εἴωθε.

CAP. XXXI. Πανταχῇ τοίνυν τῇ διθύρῳ Φύσεως ὄντος συμβόλου, εἰκότως καὶ

aut per orbes planetarum. Rurſumque vel per immortalem, vel per mortalem viam. Et alter quidem mundi cardo ſupra terram, alter ſubterraneus: item alius orientalis, alius occidentalis. Et aliæ mundi partes ſiniſtræ ſunt, aliæ dextræ. Tum nox & dies, idcirco univerſi harmonia ex contrariorum concentu conſtat, & contrariis ſibi invicem oppoſita eſt. Plato etiam duo oſtia ſive fauces commemorat, quarum altera patet aſcendentibus in cœlum; altera deſcendentibus in terram. Sic & Theologi Solem ac Lunam animarum portas ſtatuunt: quas per Solem aſcendere, & deſcendere per Lunam volunt. Apud Homerum quoque duo ſunt dolia:

Quorum hoc largitur mala, ſed bona continet illud.

Sed & apud Platonem in Gorgia per dolium anima intelligitur. Quarum alia benefica, alia maligna: alia rationalis, alia vero rationis eſt expers. Dolia autem (vocantur animæ) quia certarum facultatum & habituum capaces ſunt, (& quaſi fundi). Apud Heſiodum quoque aliud dolium clauſum videmus; alterum quod voluptas reſerat, & per omnia diffundit, ſola ſpe remanente. In queiſcunque enim mala & corrupta anima circa materiem effuſa ordinem ſuum deſerit, in illis omnibus bona ſpe ſeipſam paſcere ſolet.

Cum ergo omne bipatens ſeu bipartitum naturæ ſymbolum gerat, recte quoque

VARIÆ LECTIONES.

1 αθανατου] αθανατης Cant. 2. 2 και τοξευει] vix dubito quin melius ἡ τοξευει. 3 δια δε σελ. κατ.] Hæc clauſula deeſt *Græce*, edit. *Cantabr.* 1655. BARNESIVS. 4 Δωρων] *Iliad.* ω, 528. Idem. 5 καλοεργετιδος και κακοεργετιδος] utrobique ατιδος Cant. 2. 6 χωρηματα] χρηματα Cant. 2. 7 ὁ δε] οἱ δε Cant. 2.

τὸ ἄντρον δ' μονόθυρον, ἀλλὰ δύο ἔχον θύρας, ὡσαύτως τοῖς πράγμασιν ἐξηλλαγμένας· καὶ τὰς μὲν, θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀγαθοῖς προσηκούσας· τὰς δὲ, θνητοῖς καὶ φαυλοτέροις. ἀφ' ὧν καὶ Πλάτων ὁρμώμενος, οἶδε καὶ αὐτὸς κρατῆρας, καὶ ἀντὶ τῶν ἀμφορέων [1] λαμβάνει πίθους, καὶ δύο [2] τόματα, ὡς ἔφαμεν, τῶν δύο πυλῶν· καὶ τῷ Συρίῳ Φερεκύδῃ μυχοὺς, καὶ βόθρους, καὶ ἄντρα, καὶ θύρας, καὶ πύλας λέγοντος· καὶ διὰ τούτων αἰνιττομένῳ τὰς τῶν ψυχῶν γενέσεις, καὶ [3] ἀπογενέσεις. ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ τῶν παλαιῶν φιλοσόφων τε, καὶ θεολόγων ἐπεισάγοντες τὸν λόγον μηκύνωμεν, τὴν πᾶσαν βούλησιν καὶ διὰ τούτων παραδεδειχέναι ἡγούμεθα τῷ διηγήματος.

CAP. XXXII. Λείπεται δὴ παρατῆσαι τὸ τῆς πεφυλευμένης ἐλαίας σύμβολον, [4] ὅτί ποτε μηνύει. καί τοι αὕτη καὶ περιττότερόν τι παρίστησιν· οὐχ ἁπλῶς παραπεφυτεῦσθαι εἰρημένη, ἀλλ' ἐπὶ κρατός.

Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη.
[5] Ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον.

Ἔστι δ' οὐχ, ὡς ἄν τις νομίσειεν, ἀπὸ τύχης τινὸς οὕτω βλαστήσασα· ἀλλ' αὐτὴ συνέχουσα τῷ ἄντρῳ τὸ αἴνιγμα. ἐπεὶ γὰρ ὁ κόσμος οὐκ εἰκῇ, οὐδ' ὡς ἔτυχε γέγονεν

antrum hoc, non unum ſed duo oſtia habet, reipſa inter ſe diverſa: quorum alterum Diis, bonisque; alterum vero mortalibus, & deterioribus convenit: quæ Platoni quoque anſam præbuere ut & ipſe crateres ſtatueret, & amphorarum loco dolia poneret: & duo oſtia, ut diximus, loco duarum portarum. Cum & Pherecydes Syrius receſſus, & ſcrobes, item antra, januas portasque commemoret: quibus animarum generationes atque deceſſus ſignificat. Sed ne antiquorum Philoſophorum, ac Theologorum ſententiis adducendis orationem nimium extendamus: univerſam hujus narrationis mentem ſatis ſuperque hactenus a nobis explicatam arbitramur.

Reliquum eſt, ut quid olivæ adnaſcentis ſymbolum ſibi velit porro exponamus. Egregium enim aliquid ſignificare videtur: cum non ſimpliciter adnaſci, ſed ad caput ſeu verticem naſci dicatur:

Stat ramis diffuſa in portus vertice oliva:
Quam propter jucundum antrum.

Ea autem non fortuito, ut quis forte exiſtimaverit, ita enaſcitur: ſed occultam antri ſignificationem complectitur. Cum enim mundus non temere & caſu exſtite-

VARIÆ LECTIONES.

1 λαμβανει πιθους] λ. τους π. Cant. 2. 2 τοματα] τομα Cant. 2. ubi: „male, τόματα, olim." BARNESIVS. 3 απογενεσεις] Cant. 2. απογεννησεις. 4 ὅτι] ὅ τι Cant. 2. 5 Αγχοτι] Baſil. 2. 3. εγχοθι. v. Homeri locum.

ἀλλ' ἔτι Φρονήσεως θεῦ καὶ νοερᾶς Φύσεως ἀποτέλεσμα, παραπεφύτευται τῇ [1] εἰκόνι τῦ κόσμυ τῷ ἄντρῳ, σύμβολον Φρονήσεως θεῦ, ἡ ἐλαία. Ἀθηνᾶς μὲν γὰρ τὸ Φυτόν· Φρόνησις δὲ ἡ Ἀθηνᾶ. Κρατογενῦς δ' ὕσης τῆς θεῦ, οἰκεῖον τόπον ὁ θεολόγος ἐξεῦρεν, ἐπὶ κρατὸς τῦ λιμένος αὐτὴν καθιερώσας. σημαίνων δι' αὐτῆς, ὡς ὐκ ἐξ αὐτοματισμῦ τὸ ὅλον τῦτο, καὶ τύχης ἀλόγυ ἔργον γέγονεν. ἀλλ' ὅτι Φύσεως νοερᾶς καὶ [2] σοφίας ἀποτέλεσμα· χωριστῆς μὲν [3] ὕσης ἀπ' αὐτῦ, πλησίον δὲ κατὰ τῆς κεφαλῆς τῦ σύμπαντος λιμένος ἱδρυμένης.

CAP. XXXIII. [4] Ἀειθαλὴς δὲ ὖσα ἡ ἐλαία φέρει τι ἰδίωμα οἰκειότατον ταῖς ἐν τῷ κόσμῳ τροπαῖς τῶν ψυχῶν, αἷς τὸ ἄντρον καθιέρωται. διὰ μὲν γὰρ τῦ θέρυς, τὰ λευκὰ τῶν φύλλων [a] ἀνανεύει· διὰ δὲ τῦ χειμῶνος, μεταῤῥέφει τὰ λευκότερα. ὅθεν καὶ ἐν ταῖς [5] λιτανίαις καὶ ἱκετηρίαις τὰς τῆς ἐλαίας θαλείας προτείνυσιν· εἰς τὸ λευκὸν αὐτοῖς τὸ σκοτεινὸν τῶν κινδύνων μεταβάλλειν ὀτλευόμενοι. Φύσει μὲν ὖν ἀειθαλεῖ ἐλαία συνέχεται, ἀρωγὸν πόνων καρπὸν φέρυσα. ἀνάκειται δὲ τῇ Ἀθηνᾷ. καὶ τοῖς ἀθληταῖς ἐξ αὐτῆς δίδοται νικήσασι στέφανος· καὶ ἀπ' αὐτῆς ἱκετηρία τοῖς δεομένοις. διοικεῖται δὲ καὶ ὁ κόσμος ὑπὸ νοερᾶς Φύσεως, Φρονήσει ἀϊδίῳ καὶ ἀειθαλεῖ

rit; ſed ſapientiæ Dei & intellectualis naturæ ſit opificium; antro, quod mundi imaginem gerit, oliva apponitur; ſapientiæ divinæ ſymbolum. Nam Minervæ planta eſt: Minerva autem ſapientia. Quæ cum ex Dei vertice nata ſit: proprium ei locum Theologus reperit, dum in ipſo portus vertice conſecrat. Significans ea ipſa, univerſum hoc non motus temerarii, nec fortuiti caſus opus eſſe; ſed naturæ intellectualis & ſapientiæ abſolutiſſimum artificium, quæ ab ipſo quidem opere ſeparata: prope tamen in totius portus capite ſita eſt.

Verum cum ſemper vireat oliva, proprietatem quandam animarum in hoc mundo converſionibus convenientiſſimam ſuſtinet: quibus animabus antrum hoc ſacrum eſſe diximus. Nam æſtate albicantia folia ſurſum prominent: hyeme vero candidiora inverſuntur. Unde & in precibus ſupplicationibusque ramos olivæ prætendunt: ominantes periculorum tenebras in candidam lucem ſibi permutatum iri. Quocirca oliva natura ſemper virente conſtat, fructum laboris operæque pretium proferens. Eademque Minervæ attribuitur: & athletis victoribus corona ex ea datur. Et ramus ſupplex ex eadem præbetur oraturis. Ita mundus quoque ab intellectuali natura regitur, & æterna ac ſemper virente agitur ſapientia: quæ in

VARIÆ LECTIONES.

1 εικονι] εικοτι Argent. 2 σοφιας αποτ.] ſi quid mutandum, quod non urgeo, dixerim ex ſuperioribus ſupplendum eſſe hunc locum legendumque φυσεως νοερας και σοφιας ΤΟΥ ΘΕΟΥ αποτ. Antea ſcripſerat ſub initium paginæ: φρονησεως ΘΕΟΥ και νοερας φυσεως αποτελεσμα· Imo σοφιας hoc loco nimis abſolute ponitur, quam ut locum tueri commode poſſit. 3 ουσης απ' αυτου] Malim plenius: χωρισης μεν ουσης (ſcil. της ελαιας) απ' αυτου ΤΟΥ ΑΝΤΡΟΥ, πλησιον δε κ. λ. Sic plana omnia, alioqui ſenſu tantum non deſtituta. 4 αειθαλης] Baſil. 3. per ſimplex λ, ut mox Baſil. 2. 3. a ἀνανευει] Aliena eſt hæc vox & ab auctoris mente abhorret. Cl. Ruhnkenius ανταυγει cenſet legendum: *æſtate albus foliorum color reſplendet*, neque dubito equidem de veritate emendationis. 5 λιτανιαις] λιταυειαις Cant. 2.

ἀγόμενος· ἀφ' ἧς καὶ τὰ νικητήρια τοῖς ἀθληταῖς τῷ βίῳ δίδονται, καὶ τῶν πολλῶν πόνων τὸ ἄκος. καὶ ὁ τὰς ἐλεεινὰς ἀναχτώμενος καὶ ἱκέτας, ὁ συνέχων τὸν κόσμον δημιυργός.

CAP. XXXIIII. Εἰς τοῦτο τοίνυν φησὶν ὁ Ὅμηρος δεῖν [1] τὸ ἄντρον ἀποθέσθαι πᾶν τὸ ἔξωθεν κτῆμα. γυμνωθέντα δὲ καὶ προσαίτῳ σχῆμα περιθέμενον, καὶ [2] κόψαντα τὸ σῶμα, καὶ πᾶν περίπλωμα ἀποβαλόντα, καὶ τὰς αἰσθήσεις [3] ἀποστραφέντα, βυλεύεσθαι μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς, καθεζόμενον σὺν αὐτῇ ὑπὸ πυθμένα ἐλαίας, ὅπως τὰ [a] ἐπίβυλα τῆς ψυχῆς αὐτῷ τέμῃ πάντα, καὶ περικόψῃ. ὃ γὰρ ἀπὸ σκοπῦ οἶμαι καὶ τοῖς περὶ [4] Νυμήνιον ἐδόκει Ὀδυσεὺς εἰκόνα φέρειν Ὁμήρῳ κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν, τῷ διὰ τῆς ἑφεξῆς γενέσεως διερχομένῳ· καὶ ὕτως ἀποκαθισταμένῳ εἰς τοὺς ἔξω παντὸς κλύδωνος, καὶ θαλάσσης ἀπείρους.

[5] Εἰς ὅχε τοὺς ἀφίκναι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
Ἀνέρες· οὐδ' ἔθ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσι.

Πόντος δὲ καὶ θάλασσα, καὶ κλύδων, καὶ παρὰ Πλάτωνι ἡ ὑλικὴ σύστασις.

hujus vitæ ſtadio certantibus victoriæ præmium & multorum laborum ſolamen tribuit: & ipſe rerum opifex, qui mundum hunc continet, miſeros ſupplicesque refocillat.

In hoc ergo antro, inquit Homerus, deponenda eſt omnis peregrina ſarcina. Hic denudatum ac ſupplicantis habitu indutum, afflicto corpore, omnibusque ſuperfluis abjectis, ſenſus etiam ipſos averſantem, ad oleæ radicem conſidere, & conſilia cum Minerva conferre oportet: quomodo omnia quæ animæ inſidiantur reſecet ac circumcidat. Neque enim ſine ratione, mea quidem ſententia, exiſtimavit Numenius, Ulyſſem in Odyſſea Homeri imaginem gerere ejus qui generationem ordine tranſit; atque ita demum ad illos qui omnem procellam marisque æſtum ignorant defertur:

Donec ad hos veniat, qui nec maris æquora norunt
Diſſita, nec victum ſale permiſcere marino.

Cæterum & apud Platonem materiæ congeries, pontus, mare, ac procellarum æſtus appellatur.

VARIÆ LECTIONES.

1 το αντρον] Cant. 2. τῳ αντρῳ· ubi „ γρ. τὸ ἄντρον, olim, male. BARNESIVS. 2 κοψαντα το σωμα] Vix dubito, quin male ſe habeat illud κοψαντα. Cel. Ruhnkenius legit κολασαντα, quod menti auctoris egregie convenit. 3 αποστραφεντα] v. Animadverſiones ad h. l. a ἐπιβουλα] Sagaciſſima eſt ejusdem Viri Cel. conjectura, ὑπουλα legentis. Vide quæ de hac voce in Animadverſionibus dicentur. 4 Νουμηνιον] per ε. Cant. 2. ut ſupra. 5 Εις ὀκε] *Odyſſ.* λ'. 120. BARNESIVS.

CAP. XXXV. Διατῦτ' οἶμαι καὶ τῦ Φόρκυνος [1] ἐπωνόμασεν τὸν λιμένα.

Φόρκυνος δέ τις ἐστὶ λιμὴν [2] ἁλίοιο γέροντος.

[3] Οὗ δὴ καὶ θυγατέρα ἐν ἀρχῇ τῆς Ὀδυσσείας, τὴν Θόωσαν ἐγενεαλόγησεν· ἀφ' ἧς ὁ Κύκλωψ, ὃν ὀφθαλμῷ Ὀδυσσεὺς ἀλάωσεν. ἵνα καὶ ἄχρι τῆς πατρίδος ὑπῇ τι τῶν ἁμαρτημάτων μνημόσυνον. ἔνθεν αὐτῷ καὶ ἡ ὑπὸ τὴν ἐλαίαν καθέδρα οἰκεία, ὡς ἱκέτῃ θεῷ, καὶ ὑπὸ τὴν ἱκετηρίαν ἀπομειλισσομένῳ τὸν γενέθλιον δαίμονα. ὃ γὰρ ἦν ἁπλῶς τῆς αἰσθητικῆς ταύτης ἀπαλλαγῆναι ζωῆς, τυφλώσαντα αὐτὴν, καὶ καταργῆσαι συντόμως σπεύδασαντα ἀλλ' εἵπετο τῷ ταῦτα τολμήσαντι μῆνις ἁλίων καὶ ὑλικῶν θεῶν. ἃς χρὴ πρότερον ἀπομειλίξασθαι θυσίαις τε καὶ πόνοις, καὶ καρτερίᾳ· ποτὲ μὲν [4] διαμαχόμενον τοῖς πάθεσι· ποτὲ δὲ [5] γοητεύοντα καὶ ἀπατῶντα, καὶ παντοίως πρὸς αὐτὰ μεταβαλλόμενον· ἵνα γυμνωθεὶς τῶν ῥακέων καθέλῃ πάντα. καὶ οὕτ' ὄτω ἀπαλλαγῇ τῶν πόνων. ἀλλ' ὅταν παντελῶς ἔξαλος γένηται, καὶ ἔμψυχος [6] ἀπείρων θαλασσίων καὶ ἐνύλων ἔργων· ὡς πτύον εἶναι ἡγεῖσθαι τὴν κώπην, διὰ τῶν ἐναλίων ὀργάνων καὶ ἔργων παντελῆ ἀπειρίαν.

CAP. XXXVI. [7] Οὐ δεῖ δὲ τὰς τοιαύτας ἐξηγήσεις βεβιασμένας ἡγεῖσθαι, καὶ εὑρεσιλογήντων πιθανότητας. [8] λογιζόμενοι δὲ τὴν παλαιὰν σοφίαν, καὶ τὴν

Atque hinc Poëtam Phorcynis portum appellaſſe arbitror.

Numinis æquorei Phorcynis nomine portus.

Quin & filiam ejus Thooſam ſub principium Odyſſeæ commemoravit: ex qua Cyclops natus eſt, quem Ulyſſes orbavit oculo. Scilicet ut aliquid adeſſet, quod in patriam uſque peccatorum memoriam ei refricaret. Unde & confeſſus ſub oliva recte illi convenit: quippe qui Deæ ſupplicat, & genialem dæmonem ſupplice ramo placat. Neque enim recta a ſenſibili hac vita diſcedere licebat ei, qui illam excæcarat, & una opera abolere ſtuduerat: ſed talia auſum marinorum & materialium Deorum ira proſequebatur. Qui ſacrificiis laboribusque & tolerantia prius placandi erant. Interdum quidem paſſionibus repugnando; interdum præſtigiis dolisque adhibitis, quibus in varias formas ſe tranſmutet: ut centonibus laceris exutus omnia detrahat. Ac ne ita quidem ab ærumnis liberabitur. Sed tum demum ubi mare omnino evaſerit: & vivus adhuc videnſque maritimorum & materialium operum experientiam adeo perdiderit, ut ob extremam inſtrumentorum operumque maritimorum ignorantiam, remum ventilabrum eſſe exiſtimet.

Neque exiſtimandum eſt hujuſmodi interpretationes eſſe coactas, & meras ſolertium hominum conjecturas. Verum ubi animo priſcam ſapientiam recogitamus;

VARIÆ LECTIONES.

1 επωνομασεν] σε Cant. 2. σαν Baſil. 3. 2 ἁλιοιο γεροντος] Antiquiores: ἐναλιου θεου. 3 Οὗ] οὐ Baſil. 3. 4 διαμαχομενον τοις π.] v. Animadverſiones ad h. l. 5 γοητευοντα] χοητευσαντα Cant. 2. 6 απειρων] ρος Cant. 2. 7 Ου δει] juncte Baſil. 2. 3. ουδει. 8 λογιζομενοι] νον Baſil. 3.

Ὁμήρου ὅση τὶς φρονησις γέγονε, καὶ πάσης ἀρετῆς ἀκρίβειαν, μὴ ἀπογινώσκειν, ὡς ἐν μύθου πλάσματι εἰκόνας τῶν θειοτέρων ἠνίσσετο. οὐ γὰρ ἐνῆν ἐπιτυχῆ πλάσσειν ὅλην ὑπόθεσιν, μὴ ἀπό τινων ἀληθῶν μεληποιοῦντα τὸ πλάσμα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου εἰς ὅλην πραγμαλείαν ὑπερκείσθω τὸ σύγγραμμα. περὶ δὲ τοῦ ὑποκειμένου ἀντρου, πέρας ἔχει τὰ τῆς ἑρμηνείας ἐνταῦθα.

& quanta Homeri prudentia fuerit, atque in omni virtutum genere excellentia, non negandum, ipſum ſub fabulæ figmento rerum divinarum imagines occulte ſignificaſſe. Neque enim totum hoc argumentum confingi potuiſſet, niſi figmentum quædam ex rei veritate traheret. Sed hiſce ad integri operis tractationem rejectis, propoſiti antri explicationi finem tandem imponimus.

COM-

10216336

COMMENTATIO

PORPHYRII PHILOSOPHI

de Nympharum antro in XIII. libro Odyſſeæ Homericæ, multiplici cognitione rerum variarum inſtructiſſima.

Interprete Conrado Gesnero Medico, Tigurino:

Omnia nunc primum nata, & excuſa Tiguri apud Froſchouerum.

(*Anno Salutis* 1542. *Menſe Martio.*)

10216336

COMMENTATIO
PORPHYRII PHILOSOPHI

De Nympharum antro in XIII. libro Odyſſeæ Homericæ, varia cognitione multarum rerum pleniſſima. Interprete Conrado Gesnero Medico, Tigurino.

DOCTISSIMO VIRO D.

Beato Comiti Theologo & Medico, Conradus Gesnerus Medicus S.

Contendit Cratylus apud Platonem, nomina rebus eſſe poſita ex ipſa natura, & inter Latinos quidam dixit:

Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Quam ſententiam cum ſæpe alias veram apud me ſtatuo, tum vero de te, Beate Comes, veriſſimam. Loquitur enim nomen ingenium tuum. Nam ſive te quis comitem & ſocium viris bonis, ſive comem, benignum, facilem, affabilem, humanum atque candidum dixerit, utrumque recte faciet. Sane beatus es hiſce bonis, & alios ſocietate tua, amicitia, comitate, feſtivitateque beas. Hæc omnia quoniam ipſe, cum vobiscum Lauſannæ agerem, expertus in te ſum, non poſſum non aliquod animi mei in te argumentum depromere. En tibi igitur Porphyrii Platonici Philoſophi interpretationem antri Nympharum in Ithaca inſula, quod Homerus in decimo tertio libro Odyſſeæ ſuæ deſcribit, a nobis Latine redditam, non eleganti, ſed facili dilucidoque ſtilo, niſi fallor. Nam ubi aliquot loci in Græco exemplari corrupti legantur, non tam ubique verba quam ſenſum authoris exprimere conatus ſum, qui ſe conſpicuum ubique præbet, etſi verba non omni ex parte reſpondeant. Eſt ſane liber variarum rerum cognitione refertus, tum quod veterum ethnicorum theologiam attinet, tum quod naturas rerum, quare ad antiquos authores intelligendos non parum proderit. De fabulis autem poëtarum non eſt, quod aliquid apud te dicam: novi enim te pro eruditione tua non aliter quam doctos omnes judicare, ſcilicet ut Plutarchus ait, τὸ τῶν ποιητῶν μυθώδες οὐκ ἀφιλόσοφον εἶναι. Ariſtoteles certe lib. 1. primæ philoſophiæ, philoſophum fabulas quodammodo ſcribit amare, quoniam ex mirabilibus fabula conſtat. Admiratio autem hominibus & nunc eſt & olim fuit occaſio philoſophandi. Socrates in carcere circa limitem vitæ aliquot Æſopi fabulas carmine reddidit Apollinis inſtinctu. Ariſtoteles jam ſenex relictis philoſophiæ diſputationibus & confutationibus veterum, ad poëſin Homericam ſe convertit. Idem Porphyrius fecit, ut Laſcaris in poëmate de utroque teſtatur. Sed antiquam poëticen & fabuloſam veterum theologiam in commentationibus Procli defendemus. Porro nomen Por-

phyrii non te debet offendere: quamvis enim Chriſtianorum hoſtis fuerit, Chriſtum tamen oraculis confirmantibus ſapientem, pium atque beatum judicavit, ut Marſilius Ficinus teſtis eſt in ſuis commentariis in Plotini librum contra Gnoſticos hæreticos. Quin etiam præceptorem habuit Plotinum: Plotini vero mentem non abhorruiſſe a Chriſtiana religione, conjecturam hinc facere licet, quod cum Ammonii ſemper Chriſtiani diſcipulus fuerit & Origenis ſemper amicus: conveniſſe perhibetur cum Origene ſimul ac Herennio, ſe nunquam ab inſtitutis Ammonii diſceſſurum, idque ſicut promiſerat ſervaviſſe. Præterea gentilium Deorum cultum alto animo aliquando contempſiſſe, Amelio ad hoc exhortante, Porphyrius ipſe diſcipulus ejus teſtatur. Nimirum hoc quoque facit ad Dei gloriam, quod hoſtes religionis noſtræ ſplendidiſſima Chriſto noſtro teſtimonia ferant. Citatur & in hoc libello Numenius uſus teſtimonio Moſis, quem ipſe Prophetam nominat, de ſpiritu Dei ſuper aquas invecto. Tranſtuli autem eo libentius hoc opuſculum, quoniam hactenus alium neminem vidi, qui hujus antri allegorias interpretetur. Macrobius enim de ſomnio Scipionis differens, tantum de portis ſolis, Cancro & Capricorno meminit, per quas animæ aſcendant ac deſcendant. Vale. Tiguri Anno ſalutis 1542. Menſe Martio.

COM-

COMMENTATIO
PORPHYRII PHILOSOPHI
De Nympharum Antro in XIII. libro Odyſſeæ Homericæ.

(I.) Inquirendum quidnam ſibi velit Homerus per illud antrum in Ithaca inſula, hiſce verſibus a ſe deſcriptum. *Odyſſeæ XIII.*

Eſt Ithacæ portus Phorcyni nomine dictus,
Qui pelagi dæmon ſervat penetralia canus.
Portus undiſoni ſtat oliva in vertice magna.
Hanc juxta ſpecus eſt obſcurus, amabilis: illum
Naiades habitant Nymphæ: pulcrique crateres
Inſunt de ſaxo, ſunt quadrantalia multa,
Inque ipſis prudenter apes ſua mella reponunt.
Longaque texendi ſtant organa ſaxea rite,
In quibus a Divis pulcerrima purpura Nymphis
Texitur, atque perennis aquæ fons intus abundat.
Sunt geminæ portæ, quarum altera tendit ad auſtrum,
Quæ non eſt hominum via, Divis ſed patet unis.
Altera quæ Boream ſpectat ſeptemque triones,
Deſcenſum facilem præbet mortalibus ægris.

(II.) Hactenus Homeri verba. Quod autem non ex hiſtoriis certior factus, antri jam deſcripti mentionem fecerit, ex iis, qui hujus inſulæ chorographiam tradiderunt, manifeſtum eſt. Nullum enim antrum hujusmodi memoraverunt, teſte Cronio. Evidens eſt etiam hoc quod ſi pro licentia poëtica antrum finxiſſet, nullam inter homines fidem meruiſſet: præſertim ſi temere quovis modo argumento confecto perſuaſurum ſe ſperaſſet, quod vir aliquis in Ithaca tam Diis quam hominibus vias fabricaſſet: aut non quidem vir, ſed alia quædam natura illic & cunctis hominibus deſcenſum, & rurſus aliam Diis viam apparaſſet. Nam deorum ſimul ac hominum plenus eſt univerſus mundus: illud autem antrum Ithacæ minime dignum videtur, neque fidem facere poteſt, quod in ipſum deſcendant homines, & ex ipſo Dii aſcendant.

(III.) Hæc præfatus Cronius ſtatim adjicit, non modo ſapientibus, ſed plane omnibus vel idiotis clarum eſſe, poëtam per hæc allegorice & ænigmatice dicta quærendum propoſuiſſe, quænam altera ſit hominum, altera vero Deorum porta: item quid ſibi per biforem ſpeluncam velit Nymphis conſecratam, quæ ſimul & caliginoſa & amabilis appellatur, cum alioquin obſcura metui magis quam amari ſoleant. Sed cur non ſimpliciter ſacer Nymphis eſſe locus prædicatur, ſed appoſitum eſt de induſtria, illis quæ Naiades appellantur? Præterea quorſum crateres & amphoræ,

cum nulla liquoris alicujus infundendi mentio fiat, ſed apes intus tanquam in alvearibus mellificent? Ad quid oblonga texendi inſtrumenta faciunt? Dixerit aliquis anathemata Nymphis ſacra eſſe. Cur vero non ex ligno aut alia materia, ſed lapideæ, ſicut amphoræ crateresque ſunt? Hoc vero adhuc obſcurius eſt, quomodo in lapideis hiſce organis purpurea ſtragula Nymphæ contexant, res non viſu ſolum ſed auditu quoque miranda. Quis enim crederet in antro tenebroſo purpureas veſtes a deabus in lapideis inſtrumentis contexi, idque viſui ſubjectas & colore purpureo conſpicuas? Ad hæc biforem eſſe ſpecum mirum eſt, nempe cum alteræ fores ad deſcenſum factæ ſint hominibus, alteræ vero Diis pateant. Item cum hæ quidem ad Auſtrum, illæ vero ad Aquilonem vertantur, non parum habet difficultatis, cur hominibus quidem ſeptentrionalem regionem tribuerit, contra Diis auſtrinam. Nam quare non potius differentiam fecit ſecundum Orientem & Occidentem? Fere enim omnia templa ſtatuas & introitus verſus Orientem habent, ingredientes vero ad occaſum ſpectant, cum facie in ſtatuas converſa Deos colunt.

(*IV.*) Conſtat igitur cum tot difficultatibus tota ſpecus involvatur deſcriptio, haud quidem eſſe factitium figmentum ad oblectationem ſolam temere compoſitum: at neque localis hiſtoriæ narrationem continere, ſed aliud quidpiam a poëta inſinuari, præſertim cum ſecreta quadam ratione juxta ſpecum oleam quoque proveniſſe canat. Cæterum hæc omnia inveſtigare & explicare permagnum eſt: conabimur tamen ſimul veterum hic placita referre, ac proprio marte aliquid indagare. Verum de loci hiſtoria negligentius (ut apparet) illi ſcripſerunt, qui antrum & cætera ad ipſum pertinentia omnia pro meris fabulis habuerunt. Qui vero quam optime diligentiſſimeque terrarum deſcriptiones literis mandarunt, hujus antri mentionem faciunt, inter quos & Epheſius Artemidorus in V. lib. ex undecim hæc ſcribit: „ A Pa„ normo Cephaleniæ portu verſus Orientem duodecim ſtadiis Ithaca diſtat inſula, „ ambitu ſuo ſtadia continens octoginta quinque, anguſta & ſublimis, ac portu, „ quem Phorcynem vocant, inſignis. Eſt autem illic in inſula, littus ſacro Nym„ phis antro conſpicuum, ubi Ulyſſem Phæaces expoſuiſſe fama fert.” Hæc Artemidorus. Non ergo prorſus Homeri figmentum fuerit. Sive tamen ille rem, ut habebat, narravit, ſive etiam ipſe nonnulla adjecerit, nihilominus quæſtiones relinquuntur, quibus inquiritur aut illorum animus, qui iſta primum Nymphis conſecrarunt, aut poëtæ, qui aliquid de ſuo adjecit. Eſt enim veriſimile neque veteres ſacra ſine certis arcanisque rationibus inſtituiſſe, neque Homerum temere quævis pro arbitrio narraſſe. Quo magis autem aliquis hæc ab Homero non ficta fuiſſe contenderit, ſed ab antiquioribus ipſo conſecrata, eo plenius vetere ſapientia hoc antrum deprehendetur, eaque de cauſa perſcrutatione dignum & ſymbolicarum in ipſo conſecrationum probatione, hinc igitur initio ſumto dicendum.

(*V.*) *DE ANTRIS.*

Non inmerito veteres antra vel ſpeluncas mundo conſecrabant tum toti tum partibus ejus: materiæ quidem ex qua mundus conſtat ſymbolum, terram facientes (nam alioqui non ſignum ſolum materiæ terram, ſed ipſammet materiam fecerunt) mundum vero ex materia naſcentem per antra innuentes. Quemadmodum enim antra ut plurimum ſponte naturæ nata terræ cohærent, ac uno ſimplicique ſaxo continentur, cujus partes quidem interiores cavæ ſunt, exteriores autem ad inmenſum terræ ſpatium terminantur. Sic & mundus ſuapte natura conſiſtens, & ex ſeipſo

Univerſus quidem mundus per antra

ſeipſo concretus adhæret materiæ, quam ſaxum vel petram latenter appellabant, quoniam otioſa & ad formam dura ſolidaque eſt, ac infinitum ſua informitate præfert. Adhæc cum materia naturæ ſit fluxæ, & ſpecie qua informatur apparetque per ſe privata, aquoſitatem & humiditatem ſpecuum & opacam obſcuritatem (ſic enim reddimus quod poëta Græce nominat ὑηροειδές) commode uſurparunt pro ſigno earum rerum, quibus mundus afficitur materiæ cauſa. Mundus igitur propter materiam opacus & obſcurus eſt, propter formæ autem conjunctionem ac ornatum (cujus gratia *mundi* etiam nomen tulit) plane pulcher eſt & amabilis. Quare optima ratione mundus ſignificabitur per ſpeluncam, quæ primo ſtatim introitu propter formas videtur amœna: ſed fundamentum inſpicienti animoque penetralia ejus luſtranti obſcura apparet. Quamobrem exterior pars & ſuperficies amabilis eſt, in profundo autem condita obſcura ſunt. Non prætereundum eſt ſilentio, quod Perſæ cum animæ ad inferiora deſcenſum & rurſus exitum myſteriis celebrant, locum in quo verſantur ſpeluncam vocant. Primum enim Zoroaſtres apud Perſas, ut narrat Eubulus, naturalem ſpeluncam & fontibus ſcatentem in proximis Perſidi montibus conſecravit, in honorem rerum omnium authoris parentisque Mithræ, ut per ſpeluncam quidem mundum ſignificaret fabricatum a Mithra: per alia vero quædam intus congruis intervallis diſpoſita, elementa & plagas mundi delinearet. Poſt Zoroaſtrem autem idem apud alios quoque mos obtinuit, ut in antris & ſpeluncis, ſive naturalibus, ſive manufactis religioſos ritus peragerent. Sicut enim Diis quidem cœlicis templa, ædes & altaria conſtituebantur: terrenis autem & heroibus foci, ac inferis foveæ, hypogea & cryptæ: ſic mundo antra ſpeluncæque dedicabantur, ac itidem Nymphis, idque propter aquas in ſpecubus deſtillantes aut ſcaturientes, quibus Nymphæ Najades, ut paullo poſt dicetur, præficiuntur. Porro non geniti ſolum ſenſibilisque mundi, quod jam probavimus, ſymbolum faciebant antrum, ſed omnium inſuper potentiarum, quæ viſum noſtrum effugiunt. Etenim caliginoſa ſunt antra & ſubſtantia potentiarum nobis obſcura eſt. Hinc eſt quod Saturnum ajunt in antrum ſibi factum in Oceano liberos ſuos abſcondiſſe. Sic & Proſerpinam Ceres in ſpelunca cum Nymphis alit. Multa denique hujusmodi eſt reperire in Theologicis libris. Sed quod Nymphis etiam conſecraverint, idque maxime illis, quæ Naides appellantur, ex hymno in Apollinem clarum fit hiſce verbis: „ Nymphæ tibi fontes intelligibilium aquarum juxta divinam Muſarum vo„ cem, in antris habitantes effoderunt, terreni ſpiritus alumnæ. Hinc erumpen„ tes aquæ per omnia flumina. (Sic) Exhibent hominibus dulcium fluentorum perpe„ tuas effuſiones." Inde nimirum & Pythagorici moti ſunt, & poſt ipſos Plato, ut ex mundo antrum & ſpeluncam facerent. Quandoquidem tum apud Empedoclem animarum duces potentiæ ita loquuntur.

ſignificatur, materia vero mundi per terram & ſaxa.

(*VI.*)

Græcus codex hic videtur corruptus.

Mithras Deus.

(*VII.*)

(*VIII.*)

„ Venimus in hoc antrum petris obductum.

Tum apud Platonem in ſeptimo libro Reipublicæ hæc verba leguntur: „ En tibi homines tanquam in ſubterranea ſpelunca, & cavo receſſu habitantes, cujus in„ greſſus lumen verſus pervius undique patet per totum ſpecum &c. Deinde cum ejus confabulator dixiſſet: „ abſurdam adfers ſimilitudinem," ſubdit: „ Imo „ hæc ſimilitudo tota prædictis ſermonibus eſt accommodanda, ita ut illa ſedes „ quam

Plato ſtatim ab initio ſeptimi libri de Republica.

„ quam oculis uſurpamus carceris habitationi comparetur: ignis autem lumen in
„ ipſa, ſolari facultati conferatur." Hactenus igitur declaratum eſt quod antra
(IX.) mundi & potentiarum in ipſo theologi ſymbolum inſtituerint. Verum non hunc ſolum mundum quem ſenſibus apprehendimus, ſed intelligibilem inſuper eſſentiam, diverſis tamen rationibus inducti, per antra ſignificarunt. Senſilem enim mundum inde nobis antra referunt, quod ſint obſcura, ſaxoſa & humida: quæ omnia in ſe mundus quoque continet, itemque ſolidus, durus & fluxus eſt, propter materiam qua conſtat. Intellectui vero ſoli manifeſtus mundus, propterea quod obſcurus ſit ſenſibus, firmæque & conſtantis eſſentiæ, ſpeluncis repræſentatur: ſic & particulares obſcuræ potentiæ, præſertim quæ materiæ conjunguntur. Fit enim comparatio propter ſpontaneam naturam ſpecuum, tenebras, obſcuritatem & ſaxo-
(X.) rum duritiem: non autem ſimiliter propter figuram, ut quidam ſuſpicati ſunt. Neque enim omnia antra ſunt ſphærica. Ut nimirum & illud Homeri bifore. Porro humidum antrum non de intelligibili ſed ſenſili ſubſtantia interpretabantur. Sicut & præſens hoc antrum Homericum, quod ſcaturiginem habet aquarum perennium, haud ad eſſentiam menti ſolum perſpectam congruit, ſed eam quæ cum materia jungitur ſymbolice deſignat. Eam ob cauſam hoc antrum Nymphis ſacrum eſt non Montanis aut Agreſtibus, aliisve ſimilibus, ſed illis quæ ἀπο τῶν ναμάτων id eſt ab aquis Naides nuncupantur. Appellamus vero Naides Nymphas peculiariter, potentias aquis præſidentes. Olim autem & animas communiter omnes, quæ in generationem deſcendunt, hac voce nominabant. Exiſtimabant enim animas aſſidere aquæ divinitus afflatæ, ut inquit Numenius, hac de cauſa prophetam dixiſſe inquiens, ſpiritum Dei ſupra aquam ferri. Item Ægyptios eandem ob cauſam omnes Dæmones non in aliquo ſolido ſed in navigio collocare, ſimiliter & ſolem, & breviter omnes: Nimirum quod ſciant animas ad humorem advolare quæ in generationem deſcendunt. „ Propterea dixit Heraclitus: Animis humidis delecta-
„ tionem non mortem accidere". Alibi vero ait: „ nos illarum mortem vivere, illas
„ vero noſtram." Hac ratione poëtam inquiunt eos humidos appellaſſe, qui in generatione verſantur, quod imbutas humore madentesque animas habeant. Siquidem gratus eſt illorum animis ſanguis & humens ſemen. Animæ vero plantarum
(XI.) vegetantur aqua, utpote nutrimento. Non deſunt qui affirment etiam aërea & cœleſtia corpora vaporibus liquorum, fluminum, & aliunde halantibus ali. Nam Stoici ſolem evaporatione maris, Lunam fontium & fluminum nutriri putabant, aſtra vero telluris exhalatione: ideoque ſolem intelligibili vinculo cum mari connecti, Lunam cum fluvialibus aquis, ſtellas cum exhalationibus terrenis. Itaque neceſſe fuerit animas quoque (ſive corporeæ ſunt ſive incorporeæ quidem, ſed corpus ad ſe trahunt) illas præcipue, quæ ſanguini & humido corpori alligandæ ſunt, ad humorem inclinari, & humectatas incorporari, † præſertimque eas quæ corporis amore magis tenentur ſpiritu humidiore attracto, illum ipſum inſtar nubis denſare. Nubes enim nihil eſt aliud, quam humor in aëre denſatus. Spiritu autem in ipſis ob humoris abundantiam denſato, viſibiles fiunt. Ex harum numero ſunt illæ ſimulachrorum apparitiones, quæ colorato ſpiritu ſecundum imaginationem hominibus occurrunt. Quæ vero puræ ſunt animæ, generationem averſantur. Siquidem, Heraclito teſte, anima ſicca ſapientiſſima eſt. Sed cum anima miſceri

Hic in Græco quædam adduntur corrupta, & non ſatis quadrantia, quæ per

cum

cum corpore deſiderans, humidumque vaporem attrahens inclinatione ſua ad generationem, humectum & madidum ſpiritum reddat, haud immerito ad generationem vergentes animæ, Naides Nymphæ dictæ ſunt. (*XII.*) Hinc factum eſt quod nubentes etiam, tanquam ad generationem copulatas, Nymphas Græcis appellare mos ſit, & lavacro de fontibus fluviisve hauſto perfundere. Ob Nymphas igitur, hoc eſt animas in naturam progredientes, & genitura participes Dæmones, ſacer ipſe mundus & amabilis eſt, etſi natura ſua obſcurus & opacus ſit, unde etiam animæ aërea quadam opacitate conſtare aliqui putaverunt. Quamobrem congruum ipſis templum in terra fuerit antrum amabile & opacum ad ſimilitudinem mundi, in quo ceu maximo fano animæ degunt. Nymphis quoque præſidibus aquarum bene convenit antrum, in quo perennes manant aquæ. (*XIII.*) Concedendum eſt itaque ſimul animis hoc antrum, & magis particularibus potentiis nempe Nymphis ſacratum eſſe: quæ Nymphæ fluminibus & fontibus præfectæ cum ſint, πηγαῖαι & ναΐδες, id eſt fontanæ & flumineæ dictæ ſunt. Sed quibusnam ſignis diverſis, quorum alia congruant animis, alia potentiis aquarum, ſimul utrisque merito conſecratum hoc antrum eſſe & dedicatum, eluceſcet? Nempe Nympharum quæ præſident aquis, lapidei crateres & amphoræ ſigna ſunt. Eadem enim vaſa Bacchi ſymbola ſunt, verum teſtacea, id eſt ex aſſata terra. Etenim hæc idonea ſunt hujus Dei dono. Nam fructus vitis igne cœleſti ad maturitatem coquitur. Lapidei vero crateres & (*XIV.*) amphoræ Nymphis præſidibus aquarum e ſaxis emanantium optime quadrant. Porro deſcendentibus ad generationem & corporis indumentum animis, quodnam aliud magis proprium ſymbolum eſſet, quam ut poëta auſus eſt dicere, ipſæ Nymphæ quæ in lapideis texendi inſtrumentis purpureas texunt veſtes, mirabile viſu. Quandoquidem generatio carnis fit in oſſibus & circa oſſa, quæ in animantium corpore lapides nobis referunt. Ideoque inſtrumenta textoria non aliunde, ſed e ſaxis ſolum fabricata ſunt. Veſtes autem illæ purpureæ plane videntur eſſe ipſa caro, quæ de ſanguine quaſi contexitur & concreſcit. Quin & ipſa purpura animantium ſanguine tingitur. Sic ex ſanguine & cum ſanguine carnis productio conſiſtit. Præterea corpus, quaſi veſtis quædam, animæ circumpoſitum revera mirabile viſu eſt, ſive conſtitutionem ejus reſpicias, ſive vinculum quo cum anima nectitur, conſideres. Ita & apud Orpheum Proſerpina, quæ omnium ſemine naſcentium præſes eſt, textrix perhibetur. Ad hæc cœlum veteres peplum vocavere, veluti quoddam ſtragulum deorum cœleſtium. Verum cur amphoræ non aqua ſunt plenæ, (*XV.*) ſed favis? in his enim, ut ipſe inquit, apes ſua mella reponunt. Vel ut idem Græce dicam, τιθαιβώσσουσι μέλισσαι. Significat autem τιθαιβώσσειν nihil aliud, quam τιθέναι τὴν βόσιν, hoc eſt alimentum reponere. Aluntur enim apes melle. Theologi ſane ad multa variaque ſigna mel uſurparunt, quoniam e multis potentiis conſtat. Nam & purgandi facultatem & conſervandi gerit: ideoque corpora ejus uſu a putredine præſervantur, & ulcera antiqua repurgantur. Item guſtu dulcedinem habet, colliguntque ipſum ex floribus apes, quæ ſolent e bubus procreari. Itaque cum in Leonticis initiationibus lavandis manibus mel aquæ loco infunditur, mundas eſſe manus oportere ab omni re triſtifica, noxia & abominabili ſignificatur. Sic alii igne purgatorio rite luſtrant initiandos, aquam vero ceu hoſtem ignis averſantur.

conjecturam ita reddo incluſa parentheſi: (cum enim humore gaudeant & vivant animæ, humoribus ut ſanguine & bile effuſis mortem ajunt contingere).

De Melle.

Leontica ſacra.

(XVI.) ſantur. Quin & linguam ab omni inquinatione malorum melle repurgant. Cum vero Perſæ mel offertur, utpote fructuum cuſtodi, conſervantem ejus vim pro ſymbolo accipiunt. Eadem ratione ubi Poëta nectar & ambroſiam mortuorum corporibus infundit ad putredinis amoliendam injuriam, aliqui mel interpretari non dubitaverunt, tanquam id deorum ſit alimentum. Nam nectar rubrum cognominat Homerus alicubi, cujus coloris quoque mel eſt. Verum, an pro nectare mel accipiendum ſit, alibi diligentius indagabimus. Cæterum apud Orpheum Saturno Jupiter inſidias melle ſtruit. Hoc ille plenus inebriatur, & obtenebratis, ſicut a vino, ſenſibus obdormit: quemadmodum Porus apud Platonem impletus nectare: nondum enim vinum erat. Sunt autem apud Orpheum Noctis Jovem admonentis de dolo mellis hæc verba:

„ Ut primum ſpectabis eum ſub quercubus altis
„ Dulci, quod comportat apum grex, melle madentem,
„ Conſtringas ipſum vinclis.

Ebrius igitur melle Saturnus a Jove ligatur, & caſtratur ut Cælus. Innuit autem Theologus divinas eſſentias voluptate captas quodammodo ligari, & in generationem detrahi, ſolutasque in voluptatem potentias aliquas ſeminaria facultate producere. Ita cupidine coitus deſcendentem ad terras Cœlum caſtrat Saturnus. Mellis autem inebriatio non aliud eſt theologis, quam coëundi deſiderium. Hinc temulento Saturno virilia execantur. Primus enim Saturnus Cælo adverſus movetur, & ejus ſphæra. Deſcendunt autem potentiæ quædam tum a Cælo, tum ab erraticis ſtellis. Sed a Cælo quidem exeuntes Saturnus excipit: rurſus a Saturno ve-
(XVII.) nientes, Jupiter. Proinde cum mel ad expurgationes, & contra naturæ putredinem aſſumatur, & voluptatem deſcendendi in generationem repræſentet, aptum Nymphis numinibus aquarum ſymbolum habetur, ad ſignificandum naturam aquarum, quibus ipſæ præſident, a putredine immunem: item ad purgationem quæ ſit aquis, & ad generandum cooperationem innuendum. Promovet enim aqua generationem. Recte igitur fit quod in crateribus & amphoris mellificant apes. Siquidem crateres fontium habent ſignificationem, qua ratione crater juxta Mithram
(XVIII.) pro fonte collocatur. Amphoris autem fontium aquas haurimus. Fontes vero & flumina cum Nymphis aquarum numinibus propria ſunt, tum multo magis Nymphis animis (animas enim veteres Nymphas vocabant) quas peculiariter antiquitas olim meliſſas, id eſt apes nominabat, videlicet quod ſint voluptatis authores in nobis. Hinc Sophocles non improprie de animis dixit:

„ Bombos edit examen mortuorum.

Quin & mulieres Cereris ſacerdotes, tanquam inferorum Deæ Antiſtites, olim appellatæ ſunt apes, & filia ejus Proſerpina mellita. Præterea Luna generationis regina, apis nomenclaturam apud priſcos habebat. Sed alia quoque ratione: invehitur enim tauro, & exaltatio Lunæ taurus eſt. Apes vero e bubus procreantur,

inde

inde βουγενεῖς cognominatæ, quod nomen etiam animis ad generationem pergentibus attribuitur. Item Deus ille fur boum exiſtimatur, qui generationis clam conſcius eſt. Porro mel mortis quoque ſymbolum ſtatuerunt, ſicuti fel vitæ, ſive per voluptatem animæ vitam emori ſubindicantes, per amaritudinem vero vita frui, unde diis etiam fel ſacrificabant: ſive quia mors malorum finis eſt, præſens autem vita laborioſa & amarulenta. Cæterum non ſimpliciter omnes animas in generationem prodeuntes nominabant apes, ſed duntaxat illas quæ vitam hîc eſſent acturæ juſtam, iterumque reverti, poſtquam quæ Diis grata ſunt feciſſent. Etenim apicula animal eſt ad priſtinum locum redire ſolitum, juſtitiæ ſtudioſum & ſobrietatis, unde ſobria ſacrificia cum melle peraguntur. Item non inſident fabis, quas generationis non interceptæ, ſed recta prodeuntis ſymbolum faciebant, eo quod hoc legumen ſolum fere inter cæteras fruges per univerſum ſcapum perforetur, nullis geniculis interpellantibus. Concedamus ergo favos apesque ſymbola tum propria tum communia eſſe Nymphis ſimul præfectis aquarum, & animis generationi nubentibus. Sed redeamus nunc ad ipſum antrum, ac de foribus ejus ſermonem inſtituamus. Speluncas igitur & antra antiquiſſimi homines, antequam templorum ſtructura inventa eſſet, numinibus dedicabant. Itaque in Creta Curetes Jovi ſpecum ſacrarunt. In Arcadia Lunæ & Pani Lycæo ſacrum erat antrum. In Naxo inſula, Dionyſio. Mithræ quoque cultus, ubicunque Deus hic notus erat, in ſpeluncis fiebat. De hoc vero Nympharum antro in Ithaca non contentus fuit Homerus ſolum dixiſſe, geminas in eo portas eſſe: ſed inſuper adjecit unam ad Aquilonem ſpectare, alteram diviniorem ad Auſtrum, de qua non meminit quod per ipſam deſcendatur, ut per Aquiloniam, ſed hoc tantum dixit: *Mercurius.* (XIX.) *Fabæ.* (XX.)

„ Harum altera tendit ad Auſtrum,
„ Quæ non eſt hominum via, divis ſed patet unis. „

Reliquum eſt igitur inveſtigare quid ſibi voluerint vel illi, qui primum ita hoc antrum inſtituerunt, ut poëtica deſcriptio proponit: vel quidnam ipſemet Homerus innuerit, ſi modo ipſe confinxit. Cum igitur antrum ſit mundi ſymbolum & imago, ut Numenius & Cronius familiaris ejus aiunt, duæ ſunt in cœlo ſummitates, nempe ſolſtitium brumale, quo nulla pars cæli propius Auſtrum eſt: & Aeſtivum ſolſtitium proximum Aquiloni. Eſt autem æſtivus tropicus, id eſt circulus ſolſtitialis in Cancro, hyemalis in Capricorno. Et cum Cancer terræ ſit proximus, merito Lunæ tribuitur, quæ & ipſa proxima terram eſt. Cum vero polus Auſtrinus adhuc longe diſtanti non conſpicuus ſit, contrarius ei Capricornus altiſſimo errantium omnium, nempe Saturno adſcribitur. Cæterum ſigna a Cancro ad Capricornum hoc ordine conſequenter procedunt, primus eſt Leo domus ſolis: deinde Virgo, Mercurii: Libra, Veneris: Scorpius, Martis: Sagittarius, Jovis: Capricornus, Saturni domus. A Capricorno autem vice verſa, Sagittarius Saturno attribuitur: Piſces Jovi, Aries Marti, Taurus Veneri, Gemini Mercurio: poſtremo, Cancer Lunæ. Ex horum numero Cancrum & Capricornum theologi geminas portas fecerunt. Plato duo hoſtia nominavit. De duobus hiſce Cancrum inquiunt (XXI.) (XXII.)

eſſe, per quem animæ deſcendunt: Capricornum vero, per quem aſcendunt. Eſt autem Cancer Aquilonius, deſcenſumque præbet: Capricornus Auſtrinus eſt, & aſcenſum
(XXIII.) exhibet. Et ſane recte fores antri Aquiloniæ hominum generi deſcendenti patent: Auſtrinæ vero non deorum fores ſunt, ſed conſcendentium ad Deos animarum. Hanc
Nos in carmine poſuimus (divis). ob cauſam poëta non dixit quod deorum via ſit, ſed † immortalium, quod nomen animis quoque noſtris eſt commune, ſive illæ tota eſſentia, ſive alia quadam proprietate ſint immortales. Porro de foribus iſtis geminis ajunt fieri mentionem apud Parmenidem quoque in libro Phyſico: item Romanis & Ægyptiis non ignotas fuiſſe: dicunt enim Romanos concelebrare Saturnalia ſole in Capricorno exiſtente: & in ipſa feſtivitate ſervos ingenuorum calceamentis uti, ac omnes inter ſe promiſcue verſari, innuente legislatore, quod in hac cæli porta, qui nunc in præſenti nativitate ſervi ſunt, per Saturni feſtum & domum Saturno dicatam liberi futuri ſint, reviviſcentes illic, & generationem exuentes. Cum autem Capricorni viam ad deſcenſum pertinere ſcirent, Januarium illum menſem a Janua nuncuparunt, quo
(XXIV.) tempore Sol ad Orientem rediens verſus Aquilonem convertitur. Ægyptiis autem
Sothis. anni principium eſt non aquarius ut Romanis, ſed Cancer. Sothis enim juxta Cancrum eſt, quam Canis ſtellam Græci vocant. Hoc oriente calendas menſis annum ſuum incipientis celebrant, eo quod hic cæli locus generationis in mundum principium ſit. Itaque fores antri non orienti & occidenti, nec æquinoctiis ut Arieti & Libræ, ſed Auſtro & Boreæ, idque portis ad utrumque omnium proximis, dedicatæ ſunt. Quandoquidem antrum ſacrum eſt animis, & Nymphis numinibus aquarum. Conveniunt autem hi loci animis vel naſcendis vel a generatione ſeparandis. Mithræ vero congruum aſſignavêre locum ad æquinoctia, qua propter gladium fert Arietis, qui Martium animal eſt, invehiturque Tauro Venereo, quod ſcilicet ut Taurus, ſic & Mithras generationis dominus ſit. Collocatur autem in æquinoctiali circulo dextra quidem complectens partem Aquiloniam, ſiniſtra vero Auſtrinam. Item ad Auſtrum hæmisphærium Auſtrinum addiderunt, eo quod ca-
Mithras.
(XXV.) lidum ſit: & ad Boream quoque Boreale propter venti frigiditatem. Cæterum animis ad generationem euntibus, & rurſus inde ſeparandis haud immerito ventos adjunxerunt, ideo quod & animæ ſpiritum attrahant, ut quidam opinati ſunt, & ſpiritualem ſubſtantiam habeant. Porro generationem adeuntibus proprius eſt Boreas. „ Nam & morituros ejus aura recreat aſpirans animam reficitque la-
„ bantem „ Auſter contra diſſolvit. Etenim ille frigidior cum ſit, in unum cogit, ac in frigore generationis hujus terrenæ retinet roboratque. Hic vero calidior diſſolvit, & ad calorem divinitatis ſurſum deducit. Cum vero noſter habitabilis orbis ad Aquilonem magis vergat, conveniens eſt naſcentes hic animas cum Aquilone vento converſari, ut hinc diſcedentes cum Auſtro. Hanc ſane ob cauſam Aquilo ſpirans ſtatim a principio vehemens eſt, utpote qui in propinquo immineat habitantibus ſub ſeptentrione. Auſter contra in fine vehementius flat, abeſt enim longe, & influxus a longinquis locis fit tardior: ſed
(XXVI.) ubi paulatim collectus eſt, tum abunde ſpirat. Porro quod ab Aquilonia porta in generationem commeent animæ, hac de cauſa amatorium hunc ventum fecerunt, unde poëta:

In

In ſpeciem converſus equi ſe miſcuit †ipſis,
Illæ bis ſenos gravidæ pullos pepererunt.

Scilicet equabus Erichthonii.

Orithyiam quoque raptam ab ipſo ferunt, ex qua Zeten & Calaïn genuerit. Auſtrum vero diis attribuentes vigente meridie in fanis deorum vela prætendunt, nimirum præceptum iſtud Homericum obſervantes, quod ſole ad Auſtrum inclinato non fas ſit „ hominibus ingredi templa, ſed ſolis pateat via divis. Quamobrem cum Deus Meridiem efficit, ſymbolum quoque Meridiei & Auſtri in Janua ſtatuunt. Quin etiam in aliis Januis quacunque hora loqui nefas habent, utpote Januam rem ſacram exiſtimantes. Propterea Pythagorici & ſapientes apud Ægyptios, ne quis Januam aut portam præteriens loqueretur vetabant. Tum enim ſilentio colendum eſſe Deum, qui principii rerum omnium Author eſt. Quin & Homerus Januas eſſe ſacras intellexit, quod Oeneus apud ipſum indicat ſupplicationis ritu conglutinatas fores quatiendo: *Iliad.* Y. (*XXVII.*)

„ Concutiensque fores gnatum ſupplex rogat ultro. *Iliad.* 10.

Præterea cæli portas novit Horis commiſſas, & initium obtinentes locorum nubilorum, qui per nubes aperiuntur, & rurſus clauduntur: ait enim,

„ Ad denſas nubes obdendum vel removendum. *Iliad. E.*

Ideoque reſonare dicuntur. Nam & tonitrua per nubes eduntur.

„ Sponte ſua portæ cæli ſonuere boantes, *Iliad. E.*
„ Portæ, cuſtodes divæ præſunt quibus Horæ.

Idem alibi ſolis portarum mentionem facit, Cancrum & Capricornum ſignificans: procedit enim ad illas usque cum ab Aquilone vento ad Auſtrum deſcendit, ac inde redit ad Aquilonem. Sunt autem Capricornus & Cancer ſiti circa lacteum circulum extrema ejus occupantes, Cancer ad Boream, Capricornus ad Auſtrum. Cæterum animæ ſecundum Pythagoram ſunt illa multitudo ſomniorum, quas congregari dicit in lacteum circulum, cui nomen ſit ab animis lacte nutriendis poſtquam in generationem delapſæ ſunt, propterea illos qui animas evocare volunt, lacte mulſo ipſis litare, tanquam illectæ voluptate in generationem prodire ſtudeant, cujus principio lac ſolet connaſci. Præterea regiones Auſtrales exigua corpora producunt, ut quæ calore attenuata minuantur & exſiccentur. Ratione contraria in ſeptentrione omnia corpora fiunt magna. Indicio ſunt Galli, Thraces, Scythæ, & ipſa regio quæ humida eſt, & plurimis paſcuis abundat. Etenim ipſum quoque Boreæ nomen contigit a Bora, quæ vox Græcis alimentum ſignificat. Quare ventus ex regione corporum nutritia ſpirans, etiam ipſe Boreas, id eſt nutritius appellatus eſt. His ergo rationibus mortalium quidem generi, quod in generationem cadit Aquilonia plaga convenit: immortalium vero, Meridionalis: quemadmodum diis Oriens, Dæmonibus Occidens. Quandoquidem enim a diverſitate principium eſt naturæ, ubique bipartitum tanquam in duas e regione portas ſymbolum ejus fecerunt, quod pluribus deinceps exemplis declarabimus: (*XXVIII.*) (*XXIX.*)

Proceſſus enim aut eſt per intelligibile, aut per ſenſile. Per ſenſile, rurſus aut per fixam aut erraticam ſphæram. Et aut per immortalem aut mortalem motionem.

Item centrum aliud ſupra terram eſt, aliud ſubtus. Cæli pars alia Orientalis eſt, alia Occidentalis. Similiter quædam dextra, alia ſiniſtra. Item nox diei opponitur. Ita rerum harmonia diviſione contraria gaudet, & per pugnantia procedit. Plato de duobus hoſtiis meminit, quorum alterum in cælos aſcendentibus, alterum in terram deſcendentibus via ſit. Theologi quoque; Solem & Lunam portas ſtatuunt animarum, quæ per illum aſcendant, per hanc deſcendant. Sic apud Homerum duo dolia ſunt:

Iliad. 10. Hoc bona dona Jovis in ſe, mala continet illud.

(*XXX.*) Dolium autem Plato quoque animam interpretatur, quæ nonnullis benefica, aliis malefica contigit. Et vel rationalis eſt vel irrationalis. Dolia vero ideo nominantur animæ, quoniam in ſe certas actiones & habitus ceu vaſa continent. Itidem apud Heſiodum dolium quoddam eſt clauſum, alterum autem a voluptate apertum unde quaque dispergit, quæ continebat intus, relicta ſpe ſola. I quibus enim rebus anima mala circa materiam diffuſa rectum ordinem deſerit, in illis
(*XXXI.*) omnibus bona ſpe ſe ipſam lactare ſolet. Cum igitur ubique natura per bimembrem diviſionem ſignificetur, antrum quoque merito non unicam portam, ſed geminas habet, ut numero ſic re ipſa differentes, alteram quidem diis & bonis mentibus peculiarem: alteram contra mortalibus, & deterioribus. Hinc Plato motus crateres agnovit etiam ipſe, ac pro amphoris dolia, & duo hoſtia ut diximus, duarum portarum. Syrius quoque Pherecydes receſſus, foveas, antra, Januas & portas, commemorat, per quæ generationem animarum, & ab ipſa ſeparationem inſinuat. Verum ne dum veterum philoſophorum & theologorum meminimus, longius orationem producamus, receptui canemus, quoniam omnem
(*XXXII.*) Homericæ ſpeluncæ interpretationem ſatis explanaſſe videmur. Hoc unum reſtat explicandum, quorſum pertineat quod olea ſit juxta antrum plantata. Apparet autem per ipſam inſignius aliquid innui. Haud enim ſimpliciter illic eſſe plantata dicitur, ſed in capite, ut poëta narrat:

„ Portus undiſoni ſtat oliva in vertice florens.
„ Hanc juxta ſpecus eſt.

Non eſt autem quod quis ſuſpicetur fortuito natam iſtic olivam eſſe. Nam ipſa quoque abſolvit & continet antri ænigma. Mundus enim quoniam haud temere genitus eſt, ſed dei ſapientiæ, ac intelligibilis naturæ exiſtit opus, ideo juxta antrum imaginem mundi, divinæ ſapientiæ ſymbolum oliva floret. Siquidem hæc planta ſacra Minervæ perhibetur: Minerva autem ſapientia eſt. Et cum hæc dea nata ſit e capite, commodum oleæ locum Theologus invenit in capite portus conſecratæ, ſignificans per ipſam, quod univerſum hoc opus non temere & absque ratione fortuito factum ſit, ſed effectus intelligibilis naturæ ſa-

ſapientiæque exiſtat, quæ ab ipſo quidem opere ſeorſim conſiſtat, in propinquo tamen, ac in totius portus cacumine ſita ſit. Ad hæc perpetuo virens olea præ ſe fert animarum in hoc mundo converſionibus peculiare commodiſſimumque ſignum. Nam æſtate foliorum pars candida ſuperior fit, hyeme invertitur deorſum. Quapropter etiam in ſupplicationibus olivæ ramos prætendunt, triſtem caliginem periculorum in album ipſis vertendam augurantes hoc omine. Præter id vero quod conſtat olea ſemper virente natura, fructum quoque profert laborum remedium, ſacra Minervæ eſt, victoribus athletis coronas, & ſupplicibus geſtandas frondes ſuppeditat. Sic & mundus ab intelligibili natura per æternam ſemperque vigentem ſapientiam regitur, aqua præmia quoque victoriæ athletis hujus vitæ exhibet, & plurimorum laborum remedium opifex ille qui mundum fulcit, qui miſerabiles & ſupplices recreat. In hoc antrum igitur inquit Homerus omnem externam poſſeſſionem eſſe deponendam, & nudum aſſumpta mendici ſpecie, afflictoque corpore, & ſupervacuis omnibus abjectis, averſatumque ſenſus, oportere cum Minerva conſidentem ſub Oleæ ſtirpe conſultare, quonam pacto quis poſſit omnia, quæ animæ ſuæ inſidiantur, exſcindere ac amputare. Nequaquam enim præter rationem, ut mihi videtur, Numenius ſub Ulyſſis perſona repræſentari nobis in Odyſſea exiſtimavit quemlibet hominem, qui per hujusce mundi generationem ordine tranſit, ac ita demum illuc pervenit, ubi tempeſtatis & maris nemo conſcius eſt. Sic enim Ulyſſes de ſe ipſo dicit, (XXXIII.) (XXXIV.)

„ Perveniam donec, ubi non eſt nota marina — Odyſſ. ϕ.
„ Unda, ſalemque cibis didicit inſpergere nemo.

Cæterum pontus, & mare ac tempeſtas Platoni quoque materiæ conſtitutionem deſignant, atque nimirum ideo Phorcyni marini Dei nomine portum illum appellarunt, a quo Phorcyno filia Thooſa in Odyſſeæ principio deducitur. Ex Thooſa vero genitus eſt Cyclops, quem excæcavit Ulyſſes, ſcilicet ut ad patriam usque haberet aliquid, quod ipſum de peccatis ſuis admoneret. Quam ob cauſam quoque ſedes ſub oliva ei congruit, tanquam ſupplici numinis, & ſub ſtirpe ſupplicationi idonea natalitium ſuum dæmonem placanti. Non enim ſtatim ei licebat ſimpliciter ab hac ſenſibili vita excæcata, & breviſſimo tempore irrita facta, liberari. Sed hæc facere auſum iracundia marinorum & materialium deorum ſequebatur, quos prius placare opus eſt ſacrificiis & laboribus tolerantiaque, perturbationibus aliâs repugnando, aliâs præſtigiis & dolis utendo, denique modis omnibus ſecundum illas ſeſe mutando, ut tandem laceris pannis nudatus omnia recuperet, ac ne ita quidem liber ſit ærumnarum, donec prorſus a mari diſceſſerit, & vivus adeo marinorum & materialium operum imperitus evadat, ut remum exiſtimet ventilabrum eſſe, propter omnimodam marinorum inſtrumentorum ac operum imperitiam. Cæterum interpretationes hujusmodi non exiſtimare decet coactas, & probabiles quasdam argute verba funditantium rationes. Quin potius antiquam animo ſapientiam æſtimantes, & quanta fuerit Homeri tum prudentia, tum in omni virtutum genere præſtantia, non dubitabimus involucro fabulæ divinitatis imagines repræſentari. (XXXV.) (XXXVI.)

tari. Haud quaquam enim argumentum universum temere confingi potuisset, nisi a veris quibusdam occasio data fingendi fuisset. Sed super his differetur aliâs opere justo, in præsentia vero antri Nympharum interpretatio finem habeat.

FINIS.

R. M.

NOTULÆ
AD
PRÆCEDENTEM VERSIONEM.

Cap. I.

Inquirendum] addidit hoc de ſuo Gesnerus, nam in edd. non habetur: neque tamen indigere hoc ſupplemento videmur. Alia res eſt in principio ſecundi Capitis. Cæterum tres hic adduntur Homeri verſus, quos Porphyrius omiſit: in Græco eſt

> Φορκυνος δε τις εστι λιμην, ἁλιοιο γεροντος
> Εν δημῳ Ιθακης· δυο δε προβλητες εν αυτῳ
> Ακται απορρωγες, λιμενος ποτιπεπτηυιαι·
> Αυταρ ε. κ. λ.

Inque ipſis] debuiſſet: *inque ipſo*. Sed ſecutus in his vertendis opiniones Porphyrii fuit: quam male, in Diſſert. Homerica ad Porphyrium docebitur.

Cap. II.

Haſtenus Homeri verba] vides, quam libere in his vertendis Gesnerus fuerit verſatus: neque enim opus erat hac additione. Idem arguunt ſequentia, *antri jam deſcripti* pro Græco των παραδοθεντων, & ſimilia.

Teſte Cronio] non expreſſit Græcum Philoſophi: ὡς φησι· integra enim argumentatio adfertur Cronii, non is nude teſtis citatur ſilentii Geographorum.

Minime dignum videtur] liberius hæc iterum, quam oportuerat, & contra fidem Græci textus.

Cap. III.

Dicta quærendum] puto vitium eſſe, pro *ad quærendum*; mox omittit illa: πολυπραγμονειν αναγκαζοντα.

Ad quod oblonga &c.] liberrime iterum noſter, qui tamen melius Philoſophi mentem intellexit quam Holſtenius, diſertam *anathematum* mentionem injiciens. Sæpius hoc veteribus in more fuit poſitum, ut objectiones aliorum ſuis inſererent diſputationibus, idque obiter quaſi & Lectore non monito: quæ res difficilem haud raro intellectum locis intulit: ut in Satyris præcipue utriusque linguæ factum meminimus. Et quid notius illis Horatii: *pictoribus atque poëtis Quidlibet* &c. quæ tamen mera objectio eſt, data opera a Poëta refutata. Similiter explicandus Eccleſiaſt. III. 22. & alia SS. loca importunis impiorum cavillationibus fruſtra laceſſita. Sed hæc alius fori.

Hoc vero adhuc obſcurius eſt] contrarium Græca inferunt: ſed Gesnerus ea reſpexit, quæ ſubſequuntur.

Cap. IV.

Veterum hic placita referre] neſcio an non melius hoc Græca exprimat, quam Holſtenii verſio. Id certum, mentem Philoſophi ſic melius exprimi: contulit enim hoc libello, quidquid e veteribus elici ad explicationem antri potuit.

Qui iſta primum Nymphis conſecrarunt] male: debuiſſet: *qui iſtud N. conſecrarunt*,

neque enim de ritu antrorum Diis ſacrorum in genere auctor loquitur, ſed Ithacenſe duntaxat antrum ſpeciatim reſpicit, quod quare Nymphis fuerit dedicatum, prius ait inquiri debere.

Cap. VI.

Ob formæ conjunctionem & ornatum] accuratius hoc Holſtenianis: *ob formæ conjunctæ præſentiam & exornationem*, etſi discrimen non ſit magni.

Exitum myſteriis celebrant] in margine adſcripſit Gesnerus: „ Græcus codex vi„ detur hic corruptus." Satis ſagaciter ipſi ſuboluit excidiſſe τελουσι τον μυσην, quod cum in omnibus editis expreſſum legatur, credibile eſt Gesnerum non editione aliqua hujus libelli, ſed codice duntaxat MS. uſum, verſionem ſuam adornaſſe. Clarius id ipſum e ſeqq. apparebit.

Cap. VIII.

Naides appellantur, ex hymno] obſerva ingentem lacunam codicis Gesneriani: excidit enim integer fere ſenſus, in Græco eſt: αἱ επι πηγων εισι χἀκ των ὑδατων, αφ' ὧν εισι ῥοαι, Ναϊδες εκαλουντο κ. λ.

Nymphæ tibi fontes] vide, Lector, quam recte hic *Nympharum* mentionem cum Barneſio reſtituerimus, in var. lect. ad h. l., ignari ope codicis, quem Gesnerus vidit, extra omnem dubitationis aleam conjecturam hanc poni.

In antris habitantes] ubi hoc in Græco? neſcio, an non hic lateat varians lectio depravati vocabuli μιμνουσαι· ſed nimis corruptum eſt hoc fragmentum, quam ut conjecturis aliquid adſequi liceat.

Hinc erumpentes aquæ per omnia flumina] in Græco eſt: ταδ' ὑπερ ουδας δια παντα ναηϊηξασαι· unde crediderim aliter legiſſe codicem Gesnerianum: quid tamen proprie ibi fuerit, non liquet.

Petris obductum] Græca non niſi ὑποσεγον· *petras* unde Gesnerus ſumſerit, non video. Similiter illud *habitantes*, quod ſequitur, apud Platonem non exſtat. Contra adlocutionem ω φιλε Γλαυκων plane omiſit.

Cap. IX.

Hactenus] in Græco: δια τουτου· quod ſenſu differt, ſed non putaverim tamen aliquam hic Gesneriani codicis fuiſſe differentiam: ſimiliter in his proxime ſubſequentibus, *verum non hunc ſolum mundum* &c. copioſior eſt interpretatio textu Græco, ſed nec id aliunde quam ex libera, qua uſus eſt, vertendi ratione derivaverim.

Sic & particulares obſcuræ potentiæ] ſcilicet *ſpeluncis repræſentantur*, quod præceſſerat: ſic in Græc. οὑτωσι δε και των μερικων ασαφων δυναμεων, ſupple συμβολον τα πετρα ετιθεντο οἱ θεολογοι· Atque hoc modo intelligi verba debere opinor, non ut Holſtenius vertit, abſtracte: *Cum & particulares virtutes eodem modo inconſpicuæ ſint*, quaſi ratio his detur, cur mundus antris comparari ſoleat: Confer his, quæ in variis lectionibus ad h. l. ſcripſi, & recepta, quam illic propoſui, emendatione haud difficulter mentem Philoſophi adſequeris.

Ut nimirum & illud Homeri bifore] prorſus ut Græca: ὡς και το παρ' Ὁμηρῳ διθυρον· ſed Holſtenius tamen melius: *ut bipatens hoc Homericum*, omiſſo illo και· At neſcio equidem an non potius legendum ſit levi tranſpoſitione: ὡς το παρ' Ὁμηρῳ, ὁ και διθυρον· *ut Homericum hoc, quod inſuper etiam duobus oſtiis fuit inſtructum.*

Cap. X.

Humidum antrum] in Græco eſt διπλον· ſed egregia eſt codicis Gesneriani lectio διϋγρον, & ſenſui optime convenit.

Agreſtibus] patet Gesnerum legiſſe αγραιαι pro vulgato ακραιαι, forte melius: mox in codice ejus excidit, αλλα Ναϊδων, quod tamen recte additur.

Non mortem accidere] addi neceſſario debuiſſet *naſci*, vel *generari*: ſed exciderat itidem in Gesneri codice το γενεσθαι.

Cap. XI.

Halantibus] in Græco eſt: και των αλλων αναθυμιασεων, & *aliis exhalationibus*. Sed videtur Gesnerus participium verbi inveniſſe,

niſſe, ut ad ατμοις referatur, quod neſcio an non melius.

Ideoque Solem intelligibili vinculo &c.] Perverſe hæc Gesnerus, quem male intellecta vox δεσμα in errorem induxit: neque enim hic *vinculum* indicatur, ſed *compages*: ac præterea ſecundum ejus verſionem, non debebat τον ἡλιον legi, ſed του ἡλιου vel τῳ ἡλιῳ· & ſic porro τῃ σεληνῃ, &c. ſed vulgatum haud dubie bene ſe habet.

Præſertimque eas] adſcripſit Gesnerus in margine: *Hic in Græco quædam adduntur corrupta* &c. Quod quam recte divinaverit, apparet ex editis, unde lacunam ſupplevimus. Deerant in ejus codice verba: διο και χολης και αἱματος επιχυσει προτρεπεσθαι τας των τεθνηκοτων·

Colorato ſpiritu] in Græco eſt χρωζουσαι· Sed recte Holſtenius *polluto ſp.* reddidit, qua notione etiam χρωζειν interdum teritur. clariſſime res apparet ex ſequentibus, ubi καθαραι ψυχαι opponuntur his χρωζουσαις.

Haud inmerito] male Gesnerus hic, quæ diſtingui debuiſſent & ſeparatim dicuntur, conjunxit: infinitivus γινεσθαι pendet, ut reliqui, ab illo διαβεβαιουνται δε τινες, quod in initio capitis poſitum fuerat.

Cap. XII.

Quid enim ſola oliva, quam etiam falſo τανυφυλλον vocavit? folia namque gerit brevia, tametſi non rotunda. Sed palma eſt τανυφυλλος & Hemionitis & Arundo. Tum autem deſcriptio antri figura neceſſaria: *Scopulis pendentibus*. Deinde verſus ipſis aquis dulcior:

Intus aquæ dulces vivoque ſedilia ſaxo.

Poſtea cum dixit *Nympharum domus*, non egit Grammaticum, ut ille, —— αἱ νηϊαδες καλεονται. Quanquam potius Nereides eſſe oportuit. Non enim poſuit intus dulces aquas. Quemadmodum noſter, cum tamen crateres & amphoras nominaret: quanquam earum uſum ad apum theſauros, non ad potum deduxit.

e Mottei Hexaemero.

Debuiſſet hic ſequi interpretatio loci Homerici, quam ſatis copioſam dedit Vir plane ſingularis ingenii & ad quævis paradoxa mire proni, *M. de la Motte Vayer*, in parvo libello, Pariſiis primum, ut audivi, dein Amſt. 1671. 12°. ſigillatim edito, nec unquam poſtea inter opera ejus, quorum tres vidi editiones, recuſo (*a*), hac inſcriptione: *Hexameron ruſtique, ou les ſix journées paſſées a la Campagne entre des perſonnes ſtudieuſes*, ubi hæc diſputatio occurrit Die IV. p. 94 — 122. Sed veritus ne qua caſtos Lectorum aures obſervationibus nude nimis, licet eleganter, propoſitis læderem, ſatius duxi

(*a*) Libellum hunc hodie perraro obvium, quem indicio Fabricii B. G. IV. 186. diu quæſiveram, tandem commodavit doctiſſimus Eccleſiæ Gallicanæ apud Roterodamenſes Paſtor, M. Guiot, quem honoris cauſſa hic memoro: poſtea ipſe etiam caſu obvium mihi comparavi.

duxi legendam commendare Diſſertatiunculam iis quibus libelli copia eſt, quam ut immodeſtiæ aut offenſionis datæ notam incurrerem. Maxime cum ita comparata ſit ejus explicatio, ut veroſimilitudine ſua Lectori blandiatur quidem (*b*), nam optime omnia videntur convenire, at neminem tamen rite rem examinantem in conſenſum ſit adductura. Quomodo locum intellexerit, e Petito de Sibylla L. II. C. X. Lector videbit, ubi excerptum legerit, quod ex ea dabimus P. II. hujus apparatus.

e Wowerio de Polymathia Cap. XVII.

„ Ariſtoteles Lib. I. de Poëtica, ubi diſputat inanem & ridiculam eſſe excuſationem illorum, qui cum aliquid ατοπον commenti ſunt, confugiunt ad hanc rationem, quod niſi ita feciſſent, fabula periiſſet. At ineptum eſſe, inquit, veniæ committere errorem, quem vitare poteras. Hujusmodi multa ab omni ratione abhorrentia paſſim in Odyſſea legi ſcribit, & præſertim illo loco, ubi Ulyxem a Phæacibus in terram Ithacam exponi fingit Odyſſ. N. ὡς δε το λεγειν, ὁτι ανηρητο αν ὁ μυθος, γελοιον· εξ αρχης γαρ ϗ δει συνιϛασθαι τοιουτϗς: αν δε θη και φαινηται ευλογωτερον, αποδεχεσθαι και ατοπον· επει και τα εν Οδυσσειᾳ ἀλογα, τα περι την εκθεσιν, ὡς ουκ αν ην ανεκτα, δηλον αν γενοιτο, ει αυτα φαυλος ποιητης ποιησει. νυν δε τοις αλλοις αγαθοις ὁ ποιητης αφανιζει, ηδυνων το ατοπον. Sed Ariſtotelis interpretes necdum oſtendiſſe videntur, quid in hac Homerici operis parte ατοπον & reprehendendum duxerit Philoſophus. An quod tam diuturnum Ulyxis ſomnum finxerit, ut ne toto quidem itinere expergefactus ſit, an quod Phæaces non expectarint, ut abeuntes vigilantem amplecterentur & numquid vellet exquirerent; ſive quod deſtitutum in litore dormientem reliquerint, expoſitum injuriæ & furtis. Sane antiquis abſurdam viſam fictionem dormientis Ulyxis apparet ex Philoſtrati Heroicis in Proteſilao: καλει δε τον Οδυσσεα Ὁμηρϗ παιγνιον, καθευδων τε γαρ πολλαχϗ απολλυται, και εκφερεται της νεως των Φαιακων, ὡσπερ αποθανων εν τῃ ευπλοιᾳ. Accedit deſcriptio antri, quod non ſolum contra fidem hiſtoricam in Ithaca, Græciæ inſula & vicina ac nota iis, quibus Homerus poëma ſuum condebat, collocat. Nam de incognitis & longinquis conceſſum eſt poëtis tuto mentiri. Sed ατοπως και ἀλογως fingit, duas in illo portas, per quas Dii & homines tranſirent. Hoc veteribus criticis valde abſurdum viſum fuiſſe, manifeſtum eſt ex Porphyrii περι αντρϗ (commentario), qui auxilium allegoriæ & ſenſus myſtici advocat, ut commode interpretetur, quod & Cronium & Numenium feciſſe, ex eodem Porphyrio & Euſtathio patet. Philoſtratus minus apte Homerum finxiſſe ſcribit, Deas Ulyxis amore captas fuiſſe, quia ætate jam provectior, ſimus & exilis ſtaturæ, oculis vagis, obſtipo capite, ſpecie meditantis; & hæc quidem illepida & minime idonea εις τα ερωτικα.

(*b*) Traxit hæc veri ſpecies in conſortium erroris imperitum auctorem libelli inſulſiſſimi *l'Apotheoſe du beau ſexe*, quem vide hanc explicationem adoptantem p. 86. ſqq.

COL-

COLLECTANEA
AD LIBELLVM
PORPHYRII
DE ANTRO NYMPHARVM.
PARS SECVNDA
Quæ Porphyrium illuſtrat.

I. *EXCERPTA*
e Marshami Canone Chronico.

(p. 269. 270.) Homerus ex Ægyptiaca Orphei diſciplina, didicit Animas æternas in humana corpora delabi, rurſusque ad Superos remeari; unde in ſymbolum corruptibilis hujus regionis, effinxit *Antrum Nympharum*; in quo

- - - - δυω δε τε αἱ θυραι εισιν,
Αἱ μεν προς βορεαο καταιβαται ανθρωποισιν·
Αἱ δ'αυ προς Νοτου εισι θειωτεραι; ουδετι κεινῃ
Ανδρες εσερχονται, αλλ' αθανατων ὁδος εσιν.

Porphyrius (cujus eximius de hoc *Antro* libellus ab Holſtenio editus eſt) dicit Antrum ferre εικονα και συμβολον του κοσμου, *imaginem & ſymbolum Mundi*: Ναϊδες δε Νυμφαι, αἱ εις γενεσιν κατιουσαι ψυχαι, *Naides autem Nymphæ ſunt Animæ generationem ſubeuntes.* Altera *porta* eſt ψυχων εις γενεσιν κατιουσων, *Animarum in generationem deſcendentium*; altera ου θεων, αλλα των εις θεους ανιουσων, *non Deorum ſed* (animarum) *ad Deos adſcendentium. Ideo non dixit Deorum viam, ſed* αθανατων· *quod animabus eſt commune, quæ ſunt ſua eſſentia inmortales.*

(p. 279.) HERACLITVS Epheſius dixit (Diog. Laërt. p. 238. e.) Παντα ψυχων ειναι και δαιμονων πληρη, *omnia plena eſſe animarum & dæmonum.* Quod & Thales & Pythagoras dixerunt. De duobus principiis contrariis dixit, των εναντιων, το μεν επι την γενεσιν αγον καλεισθαι πολεμον και ερω· το δε επι την εκπυρωσιν, ὁμολογιαν και ειρηνην· και την μεταβολην, ὁδον ανω, κατω. *Contrariorum, quod ad generationem res ducit, vocari Bellum & Litem; quod ad eruptionem* (ſive interitum) *vocari Concordiam & Pacem; Mutationem vocari, iter ſurſum, & deorſum.*

Du-

Duplex hæc via duas animarum portas reſpicit, in Homerico Nympharum antro. Iſtam autem de Principiis ſententiam *Heraclides Ponticus* (in allegoriis) ad Empedoclem & ad Homerum; qui *allegorice introducit duas civitates, unam Pacis, alteram Belli* &c.

e PETITO DE SIBYLLA L. II. Cap. X.

CAPUT X.

De myſtico apud Homerum Nympharum antro. Item de Platonis ſpelunca: tum de ſpecuum ejusmodi ſubterraneorum cauſſis.

Ac de Sibyllæ antro ſatis dictum arbitror: Hæc autem diſputatio, quam modo de eo antro habui, admonet me ut de altero, quod Phorcyno in portu Ithacæ ſub rupibus ſitum Nymphis ſacrum iis, quæ Naiades dicuntur, deſcribit Homerus Lib. 13. Odyſſeæ; tum de ea, quam Philoſophorum Homerus Plato initio ſeptimi de Republica proponit, ſpelunca, quid mihi videatur data occaſione attingam. Ac primum de illis Nymphis ſacro, propterea quod Porphyrius myſteria non pauca ſub ea deſcriptione latere cenſuit, quæ & libro ſingulari eruditiſſimo enarrare atque explicare tantus Philoſophus non dubitavit. Sunt autem Homeri verſus hujusmodi:

Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη·
Ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον, ἠεροειδὲς,
Ἱρὸν νυμφάων αἳ Νήϊαδες καλέονται.
Ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασιν
Λάϊνοι. ἔνθα δ' ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι.
Ἐν δ' ἰσοὶ λίθεοι περιμήκεες, ἔνθά τε νύμφαι,
Φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι.
Ἐν δ' ὕδατ' ἀενάοντα, δύω δέ τε οἱ θύραι εἰσὶν.
Αἱ μὲν πρὸς βορέαο καταιβαταὶ ἀνθρώποισιν,
Αἱ δ' αὖ πρὸς νότου εἰσὶ θεώτεραι, οὐδέ τι κείνῃ
Ἄνδρες ἐσέρχονται, ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.

Latine autem eruditus aliquis mihi non notus hunc Homeri locum ſic reddidit, quam verſionem in eorum gratiam qui Græce neſciunt apponere placet:

Stat ramis diffuſa in portus vertice oliva,
Quam propter peramœnum antrum obſcurumque recedit,
Sacra domus Nymphis, quæ Naïdes indigitantur.
Intus crateres, patulæque ex marmore vivo
Amphoræ, apes dulci qua ponunt mella ſuſurro.
Saxea ſunt intus quoque ſtamina longa, ubi Nymphæ

Purpureas texunt telas, mirabile viſu.
Intus perpetui latices: ſed janua duplex:
Hæc boream ſpectans homines admittit, at illa
Reſpiciens auſtrum divinior, invia prorſus
Eſt homini, præbetque viam immortalibus unis.

Nec abs re arbitror ſubnectere Maronis loca, in quibus reſpexiſſe ad Homeri picturam, ac etiam colores ex ea eraſiſſe videri poteſt, quos in ſuum opus transferret: cum in primo magni operis portum ſimul & antrum ſub ſcopulis deſcribit hunc in modum.

Eſt in ſeceſſu longo locus: Inſula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.
Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminique minantur
In coelum ſcopuli: quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent: tum ſilvis ſcena coruſcis
Deſuper; horrentique atrum nemus imminet umbra,
Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo,
Nympharum domus: hic feſſas non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat anchora morſu.

Cujus loci priores verſus ex his Græcis, quibus portum illum Homerus deſcribit, expreſſos palam eſt:

Φόρκυνος δέ τις ἐστὶ λιμὴν ἁλίοιο γέροντος
Ἐν δήμῳ Ἰθάκης. δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ,
Ἀκταὶ ἀπορρῶγες, λιμένος ποτιπεπτηυῖαι.
Αἵ τ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα.

Id eſt, *Phorcynis quidam eſt portus marini ſenis*
In agro Ithacæ; duo autem projecti in ipſo
Scopuli prærupti in portum ſe expandunt:
Qui extra ventorum arcent graviter ſpirantium
Magnum fluctum.

Reliqua autem de Nympharum texentium induſtria & textis purpureis idem Maro expreſſit in 4. Georgic. in fabula Ariſtæi:

At Mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit: eam circum Mileſia vellera Nymphæ
Carpebant, hyali ſaturo fucata colore.

Nonnihil tamen mutavit Maro: nam quæ Homerus ἁλιπόρφυρα dixit, ipſe aliam ra-

rationem ſecutus, hyali ſaturo colore infecta & penitus infecta dixit. Quod iſtud epithetum magis Naiadum, quæ fontium & fluminum numina, rebus congruens & familiare videatur. Scaliger in Epinomide Cap. 6. de Virgilio loquens: *Et in quarto conſummati operis* Hyalum *pro vitri colore poſuit, tanto judicio & venuſtate, quanta fuit a Grammaticis ignorata.* Eſt autem Hyali color ſubviridis, eodem teſte in Exercitat. 315. ſect. 2. *Sed animadvertendum* (inquit) *nos a vitro vitreum pro candido agnoviſſe. At Virgilius a Græco ſubviridem in lana intellexit:*

Carpebant Hyali ſaturo fucata colore.

Quomodo & Scarmillonius Lib. 2. de coloribus Cap. 19. hunc locum interpretatur. Talis enim aquæ paulo altioris color, qualis vitri denſioris.

Sed ad ſupra allatos Homeri verſus revertamur, quibus antrum illud Nympharum in portu Ithacæ ſtudioſe deſcripſit. Tametſi enim Cronius Platonicus & eum ſecutus Porphyrius, ut ſupra attigi, negant ad literam poſſe accipi, quæ de antro illo Homerus dicit, ſed in ſenſu allegorico eſſe intelligenda; non tamen propterea ab ejus loci conſideratione temperandum cenſemus, ceu ad nos nihil pertineat, immo tanto impenſius animum intendere decet, ut quid ſub ea allegoria Poëtica lateat myſterii proponamus: certi non minimam hanc rerum hujus mundi aſpectabilium & caducarum eſſe dignitatem, earum etiam quæ abjectiores cenſentur, qualia ſunt antra illa & cavitates terræ, ſaxa & lapides ita eſſe conditas, ut poſſint præbere imagines & ſymbola rerum altiorum & divinarum iis, qui ſcalam illam Patriarchæ ubique terrarum poſitam hominibus, qua a terris in cœlum animo aſcendant, videre poſſunt, alioqui (ut etiam in præfatione monui) non erat, cur de Sibylla, de antris ejus, & aliis ad eam pertinentibus dicerem, ſi nihil me ex talibus profundioris ſapientiæ expiſcari poſſe ſperarem; aut certe mihi eorum mos ſequendus eſſet, qui nihil ex veterum Scriptorum ſcriptis niſi vepres depectunt. Sed & negotioſos homines & ſuperficiarios librorum helluones moneo, hinc procul faceſſant, & alibi ſtomacho ſuo aptiora quærant. Quod igitur non ad literam deſcriptio illa antri apud Homerum accipi debeat, ſed allegorice, hinc primum oſtenditur: quia Geographi & περιηγήσεων ſcriptores nullam ejus ſpeluncæ in portu Ithacæ mentionem faciunt. Putare autem, Homerum artificem tantum, nulla alia cauſa ſed ſola fingendi libidine impulſum, finxiſſe antrum, quod nusquam eſſet, fidem omnem & probabilitatem excedit, quod ne in mediocres quidem Poëtas ſcilicet cadit. Quis porro citra allegoriam fingere audeat, antrum alicubi eſſe, duos habens exitus, unum quo homines omnes ingrediantur, alterum quo Dii, & quicquam ejusmodi a natura eſſe factum: cum univerſum terrarum orbem mundumque omnem commune hominum & Deorum domicilium eſſe conſtet? Alia addit Porphyrius, iis, qui literæ inhærent non minus difficilia, ne dicam inexplicabilia. Quorſum portæ iſtæ antri geminæ; una hominum, altera Deorum? Cur non quæ hominibus patebat ad boream, quæ Diis ad auſtrum converſa eſt? Cur non ſimpliciter Nympharum, ſed earum, quæ Naiades dicuntur? Quomodo idem antrum ἐπήρατον καὶ ἠεροειδὲς hoc eſt, *amabile & obſcurum* tenebroſumque dicatur, cum tenebræ naturaliter formidinem potius quam cupiditatem aut voluptatem inferant? Præ-

terea quid ſibi volunt in antro crateres & amphoræ lapideæ: in quibus non quicquam liquorum, quæ talibus in vaſis reponi ſolent, ſed apum favi ibi operantium continentur?

Quid textoria inſtrumenta ex lapide item apparata & confecta, non autem ex ligno? Quid veſtes illæ & telæ, quas Nymphæ in tenebris ordiuntur, & nihilominus ita aſpectabiles, ut cernentibus admirationem moveant? Quid poſtremo olea, una omnium arborum in portus fronte feraces explicans ramos?

In quo etiam magnus Scaliger acumen criticum exercere non dubitavit Lib. 5. Poëtices: *Quid enim*, (inquit) *ſola oliva? quam etiam falſo* ταινόφυλλον *vocavit? Folia namque gerit brevia, tametſi non rotunda.*

Immemor ejus, quam alibi de Homero & Herodoto protulit, ſententiæ multo prudentioris: quos viros in commentario in librum Hippocratis non modo utriusque Orationis, hoc eſt ſolutæ & numeris adſtrictæ, Principes ſtatuit, ſed etiam ſapientes. *Nam & Homerum* (inquit) *nunquam putaſſem ſummum & Phyſicum, &, ut tum eſſe poterat, Theologum, niſi tam ſtulte de Diis locutus eſſet, neque enim tam vecors, tamque futilis eſſe potuit, ut ea ſic intelligeret; ſed ad ſiderum poteſtates atque officia geniorum omnia voluit referri.*

Hæc cum de Homero ſentiret, qua mentis vertigine poſtea in eundem tam petulanter debacchetur in Libris Poëticis, ſatis equidem mirari non poſſum. Cur enim, ſi Homerum in eo commentario agnoſcit ſapientem fuiſſe, neque ad literam, quæ de Diis dicit eſſe accipienda, non item in illis Poëtices Libris ea loca, in quibus Homerum vecordiæ accuſat, altius ſcrutatur; ut quid ſapientiæ ſub verborum facie lateat, intelligat? Cum præſertim tam multa Plato & Ariſtoteles paſſim de Homeri divinitate & allegoriis ſcripta reliquerint; tam multa Proclus in commentario ad Platonis Timæum & Libros de Republica: tum porro & Porphyrius (quem Philoſophorum doctiſſimum beatus Auguſtinus vocat) in hoc aureo Libello de Nympharum antro. Magna igitur Scaligeri importunitas, dum tam frigide & futiliter Homero in ea antri deſcriptione in portu Ithacenſi inſultat: quem non modo in oleæ arboris deſcriptione malo epitheto uſum arguit, ſed etiam egiſſe Grammaticum, quod non contentus Nymphas dixiſſe, addiderit: αἱ νηϊάδες καλέονται: ceu mera hæc ſit gloſſa parum ad rem pertinens. Quin etiam Homerum caſtigat, quod non potius *Nereides* has Nymphas dixerit.

Quæ & alia ejus deſcriptionis ſcientiſſime in hunc modum ab Homero eſſe compoſita oſtendit Porphyrius; quem proinde nunc, exploſo Scaligero & aliis priſcæ ſapientiæ oſoribus, audire divina Homeri in eo antro ſenſa interpretantem operæ pretium eſt. Attingam autem ſingula breviter, ut par eſt ad alia inſtituti properantem.

Primum igitur ad antra quod attinet, hæc typum & ſymbolum fuiſſe mundi apud priſcos ſapientes docet Porphyrius, ſive mundum in ſe totum ſpectemus, ſive etiam partes, ex quibus conſtat: ex materia enim una communi omnium rerum naturalium & variis formis conſiſtit mundus. Hujus itaque omnium poſtremæ mundi partis, materiæ inquam, ſymbolum terram eſſe innuerunt & ita accipiebant in conſecratione antrorum; quorum analogiam ad materiam primam & ſimilitudi-

dinem præclare ibi declarat Porphyrius, quem ſtudioſi adeant, neque enim, quæ ibi affert omnia huc transferre placet. Antrorum etiam obſcuritas non male ad materiam ſe accommodat; ſed & rerum poteſtates in profundo, hoc eſt, in eſſentia ſitas, notat. Antrum igitur quod eſt mundus, ἡρωειδὲς propter materiam idemque ἐπήρατον *jucundum* & *amabile* ob formæ decorem & ornatum, unde nomen mundo eſt inditum. Haud aliter & Plato in 7. de Republica ſpeluncam facit imaginem mundi, ut etiam in argumento notat Ficinus: *Tu vero, ubi Plato in erudiendo civili Philoſopho imaginem proponit ſpeluncæ & vinculorum, & luminis cujusdam umbrarumque, & aquæ; ſpeluncam intellige hunc quem videmus mundum, ſi ad mundum inviſibilem comparetur: vinculum vero corpus humanum, ſive potius perturbationem animum corpori alligantem: Umbras autem res omnes quæ ſenſus movent.* Sed & ὑδατα ἀενάοντα aquarum perennis ille fluxus in antris, materiæ inſtabilis, & pronæ ad omnem motum ſymbolum eſſe nemo non videt.

Hinc & Naiadum ſeu Naidum appellatio ἀπὸ τῶν ναμάτων. Eſt autem νᾶμα non aqua ſimpliciter, ſed quæ in motu eſt, & aliunde manat, fluentum, fons. Quo ſignificatur ſeminis genitalis ad hominum procreationem commotio & fluxus, quemadmodum Nympharum Naiadum nomine vult intelligi animas omnes in generationem prolabentes.

Sic aquæ in reconditis Hebræorum literis pro humore illo humani generis inſtauratore. *Eſaias C.* 48. *audite hæc domus Jacob qui vocamini nomine Iſraël, & de aquis Juda exiſtis.* De aquis Juda, hoc eſt, fluviis: quo id quod dictum eſt intelligi debet. Et ſane Plato in Timæo flumen appellat eam colluviem, in quam anima viam generationis iniens incidit: αἱ δὲ ψυχαὶ εἰς ποταμὸν ἐνδε θεῖσαι πολὺν, οὔτε ἐκράτουν &c. Nymphæ igitur, quæ Naiades vocantur, animæ ſunt propriis fluentis præſidentes, ut Numenius expoſuit teſte Porphyrio: Νύμφας δὲ ναΐδας λέγομεν καὶ τὰς τῶν ὑδάτων παρεσώσας δυνάμεις ἰδίως. ἔλεγον δὲ καὶ τὰς εἰς γένεσιν κατιούσας ψυχὰς κοινῶς ἁπάσας. ἡγοῦντο δὲ προσιζάνειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὄντι. ὡς φησιν ὁ Νουμήνιος. Eoque etiam verba Moſis trahit Porphyrius: *& ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas.* Quod ab Ægyptiorum Theologia ſumptum oſtendit. Sed & Naiadum & potentiæ aquis præſidentis propria ſymbola crateres lapidei & amphoræ in eodem antro repoſitæ: quæ tamen vaſa non aquam aut liquorem alium quemlibet, ſed Apes & mel continere dicuntur. Et merito vaſa illa lapidea finguntur, quod aquæ in antris e ſaxis ſcaturiant; apes autem in iis operantes animas ipſas generationi incumbentes exponit Porphyrius: πηγαὶ δὲ καὶ ναματα οἰκεῖα ταῖς ὑδρίασι νύμφαις, καὶ ἔτι δὲ μᾶλλον νύμφαις ταῖς ψυχαῖς ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, id eſt, *fontes vero & fluenta aquis præſidentium Nympharum propria ſunt: adhucque magis animarum, quæ Nymphæ dicuntur, quas veteres apum nomine indigitabant.*

Mel autem, apum opus, quid aliud quam voluptatis ſymbolum ex amore, quem & Poëtæ γλυκύπικρον vocant, & quodam oeſtro ſeu punctura occulta humoris, quæ titillatio dicitur: proinde mox ἰσοὺς λιθίνους *ſtamina lapidea* ſubdit Homerus, & φάρε' ἁλιπόρφυρα *purpurea texta*, quo σαρκοποιΐαν ænigmatice adumbrari cenſet Porphyrius, propter ſanguinem, ex quo generantur carnes, quæ circa oſſa lapidea adnaſcuntur, ut ipſa operiant. Omnium enim, quæ in corpore noſtro continentur, ni-

nihil tam ad lapidis naturam accedit quam offa. Genus profecto texturæ eſt quod natura in rebus procreandis exercet; quemadmodum Orpheus ipſe agnovit, qui Proſerpinam omnium, (quæ in hoc mundo ſenſibili feruntur Dea Præſes ponitur) texentem inducit; peplum ſcilicet, quo nomine cœli compagem & ornatum Priſci vocabant, quod eo cœleſtes Dii ceu veſtimento tegantur. Et de his hactenus. Nunc de duabus antri portis, & olea in vertice portus conſpicua. Earum portarum una ad boream converſa eſt, altera ad auſtrum: per illam homines ingredi in antrum, per hanc homines non admitti, ſed Deos, quibus ſolis pateat, Homerus expreſſe dicit: Quo vel uno intelligi poteſt; merum eſſe ænigma quidquid de hoc antro Nympharum dicitur, non ſimplicem loci deſcriptionem: Quis enim in animum inducat, usquam fuiſſe antrum naturâ aut arte poſitum, quo homines omnes debeant ingredi, quo item Dii; ideoque his & illis aditus januasque ſeorſim in illo antro apertas? Multa igitur Porphyrius ad ſecretam earum portarum intelligentiam nobis inſinuandam doctiſſime differit, quæ ſigillatim omnia referre longum eſſet; ſatis erit ſummatim oſtendere, quorſum illa pertineant. Summa diſputationis, mundum univerſum naturæ in duas diviſum eſſe regiones: unam meliorem, & divinis magis accommodatam, alteram ſequiorem caducisque & humanis familiarem & dicatam: priorem illam eſſe verſus auſtrum & meridiem, poſteriorem boream verſus.

Quod autem melior ſit pars quæ ad auſtrum vergit, multis oſtendi poteſt, primum quidem caloris natura, quæ ibi dominatur, cum in oppoſita regione vigeat frigus; quod autem caliditas frigore ſit potior manifeſtum eſt: omnis quippe fecunditas, vis, perfectio in naturæ operibus, caloris beneficium eſt; ſterilitas, torpor, inertia a frigore proficiſcitur, unde *iners* & *ſceleratum* frigus Poëtarum doctiſſimis dicitur. Sed & lumen in auſtrinis mundi partibus magis omnia colluſtrat, quo nihil in natura præſtantius, aut divinius; in borealibus ut minus caloris, ſic & luminis minus, quod magis remotæ ſunt a curſu ſolis: nebulæ autem, & caligo & tenebræ ceu propria in ſede regnant. Idem diſcrimen videre eſt in hominum ingeniis, quæ, ut Ariſtoteles docet in problematis, verſus auſtrum acutiora ſunt & prudentiæ capaciora; verſus boream obtuſa magis, &, ut ita dicam nebuloſa. Cæterum (quod hic inprimis notandum eſt) quanto his minus mentis & prudentiæ, tanto corpora & ampliora & robuſtiora, magis item fecunda eſſe conſtat: cum verſus meridiem degentibus illorum comparatione parva corpora & infirma imbecilliaque ſint: mens autem ad proportionem agilis & rerum magnarum capacior exiſtat.

Quam diverſitatem adeo inſignem regionum terræ conſiderantes priſci illi ſapientes, in tropico cancri, & ſigno illo, in quo maximæ ſolis verſus boream declinationis meta eſt, animarum e cœlo deſcenſum poſuerunt; in capricorno, maximæ item verſus auſtrum declinationis meta, earumdem animarum regreſſum & adſcenſum ad Deorum ſedem & meliorem vitam. Quibus in ſignis Plato, ad antrum Homericum reſpiciens, duas, qua animæ ultro citroque commeent, portas conſtituit. Porphyrius: δύο οὖν ταύτας ἔθεντο πύλας καρκῖνον καὶ αἰγόκερων οἱ θεόλογοι. Πλάτων δὲ δύο σόμια ἔφη. Τούτων δὲ καρκῖνον μὲν εἶναι δι' οὗ κατιᾶσιν αἱ ψυχαὶ· αἰγόκερων δὲ δι' οὗ ἀνιᾶσιν. Sic autem hanc doctrinam Macrobius a Platonicis, quos ſtudioſe legerat, ac-

acceptam latine expreſſit in ſomnio Scipionis Lib. 1. C. 12. *zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circumflexionis occurſu ambiendo complectitur, ut eum, qua duo tropica ſigna capricornus & cancer feruntur, interſecet. Has Solis portas Phyſici vocaverunt, quia in utraque obviante ſolſtitio ulterius Solis inhibetur acceſſio, & ſit ei regreſſus ad zonæ viam, cujus terminos nunquam relinquit. Per has portas animæ de cœlo in terras meare, & de terris in cœlum remeare creduntur. Ideo Hominum una, altera Deorum vocatur. Hominum cancer, quia per hunc in inferiora deſcenſus eſt, capricornus Deorum, quia per illam animæ in propriæ immortalitatis ſedem & in Deorum numerum revertuntur.*

Et hoc eſt quod Homeri divina prudentia in antri Ithacenſis deſcriptione ſignificat. Sed animadvertendum eſt, ex Porphyrio non recte portam Deorum dici eam, quæ ad auſtrum eſt, ut Macrobius loquitur; non enim Dii per eam vadunt, neque hæc eorum via, ſed animarum in Patriam cœleſtem redeuntium. Proinde Homerus non θεῶν, ſed ſimpliciter ἀθανάτων, hoc eſt, immortalium, nempe animarum, iter eſſe dixit. Hæc igitur Myſtica earum portarum expoſitio eſt, ſecundum Platonicos: cui, quod ad boreæ & auſtri denominationem & ſignificationem attinet, firmamentum ab ipſius divinæ ſapientiæ ſacris oraculis accedit, quibus auſtrum ſemper in bonam accipi partem conſtat, aquilonem in malam. Quo ſenſu uſurpat Eccleſiaſtes Cap. 2. *ſi ceciderit lignum ad auſtrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Ad quæ verba Hieronymus: *quantum Ego exiſtimo* (inquit) *ſemper in bonam partem accipitur auſter.* Sequitur hanc regulam Auguſtinus, & in commentario ad Pſalmum 125. ad hunc verſum: *converte domine captivitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro*; auſtrum exponit ſpiritum ſanctum. *Gelaveramus* (inquit) *in captivitate, conſtringebant nos peccata noſtra: flavit auſter, ſpiritus ſanctus, dimiſſa ſunt nobis peccata, ſoluti ſumus a frigore iniquitatis: tanquam glacies in ſereno, ſic ſolvuntur peccata noſtra.* Si auſter in bonam partem accipitur, igitur aquilo in malam.

Hinc illud in iisdem ſacris Codicibus: *ab aquilone pandetur omne malum*, item: *ab aquilone exardeſcent mala ſuper terram.*

Et Princeps Cacodæmonum apud Eſaiam dicit: *ſedebo in monte Teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* Ex his igitur patet, quanta ſapientiæ profunditate Homerus auſtralem antri Nympharum portam immortalibus aſſignet, borealem hominibus.

Reſtat igitur ut de olea antri ſummitatem occupante dicamus. Propoſuimus ſupra in ea arbore cenſuram Scaligeri. Primum quidem cur olea potius ibi quam alia arbor: deinde quod oleam τανύφυλλον vocet, quæ folia brevia habeat, tametſi non rotunda: his adde hoc ex Porphyrio, cur ἐπὶ κράτος λιμένος *in vertice portus* hanc ſitam dicat. Hæc temere in hunc modum ab Homero eſſe compoſita non eſt putandum: quid igitur? Oleam Minervæ ſacram fuiſſe vel ex Poëtis notum eſt.

Minerva autem ſapiens ſupra omnes Deas, vel potius ipſamet ſapientia Dei, unde e capite Jovis ſine matre genitam fabulantur. Hoc ſciens Poëtarum diviniſſi-

niſſimus, ut Plato eum paſſim appellat, oleam in portus vertice ponit, ſymbolum ſapientiae, qua Deus univerſum mundum condidit. Porphyrius: Κρατογενοῦς δ' οὔσης τῆς Θεοῦ οἰκεῖον τόπον ὁ Θεόλογος ἐξεῦρεν ἐπὶ κρατὸς τοῦ λιμένος αὐτὴν καθιερώσας. σημαίνων δι' αὐτῆς, ὡς οὐκ ἐξ αὐτοματισμοῦ τὸ ὅλον τοῦτο καὶ τύχης ἀλόγου ἔργον γέγονεν. Id eſt, *Familiarem vero a capite genitæ Deæ locum invenit Theologus, in portus vertice hanc dedicans; quo ſignificat, non eſſe hanc rerum univerſitatem caſus aut fortunæ opus, ſed naturæ intelligentis ſpecimen & monumentum.*

His vaneſcunt ſcrupuli omnes, apparetque conſilium Homeri in ea arbore eligenda, tum quare ταυύφυλλον vocet.

Quomodo enim non foliis extenſis ea arbor, quæ Sapientiæ ſymbolum ponatur? Sapientiæ inquam, qua nihil latius patet: Omnia enim comprehendit Sapientia; atque, ut in libro Sapientiæ dicitur, attingit a fine usque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter.

Sed & propudioſa quorumdam (*M. de la Mothe Vayer*) interpretamenta explo-duntur, qui iſta imagine antri Nympharum uterum & pudendum muliebre ænigmatice ab Homero deſignatum cenſent: quibus cum opponitur duarum ejus antri portarum deſcriptio, eo amentiæ & furoris procedunt, ut ad adverſæ & averſæ ſeu poſticæ Veneris flagitioſa divortia confugere non erubeſcant. Adeo impudentes, ut non vereantur Poëtarum omnium Principem, literarum Parentem, ingeniorum fontem, ad hæc transferre nefanda.

Nempe hoc illis ad extremam vecordiam reſtabat, ut qui rationi humanæ & ſcientiis bellum indixiſſent, Literas quoque omnes, infamato earum Principe, quantum in ipſis eſſet, perderent.

e GVL. CANTERO

Lib. V. Novar. Lection. Cap. XIV.

Homerus ab Ariſtotelis reprehenſione defenſus.

CAPUT XIV.

In priore de Poëtica libro Homerum eſt auſus Ariſtoteles reprehendere, quod Ulyſſem feciſſet, cum ad Ithacam appuliſſet, & ſomno, correptus eſſet, a Phæacibus una cum donis Alcinoi exponi: additque, niſi hoc ab inſigni Poëta confictum fuiſſet, tolerari nequaquam poſſe. Quamquam autem aliæ poſſunt hujus errati, ſi ſic vocandum eſt, defenſiones ex ipſis Ariſtotelis peti præceptis: una tamen excellit inter ceteras ratio. Quam vel neſcivit, vel certe neglexit Ariſtoteles: quæque ſola non veniam Homerum, ſed laudem inſignem hoc figmento mereri comprobat: Etenim quamvis permulta ſint in Homerica Poëſi inſignia & admiranda, pro-

propter quæ merito & divinus a Democrito vocari Poëta, & ingeniorum palmam a Plutarcho accipere potuerit: unum tamen eſt quiddam, quod eum reliquis omnibus, quotquot unquam fuerunt, Poëtis excellentiorem facit, quodque ii, qui cæteras ejus virtutes poſteris tradiderunt, vel parum, vel prorſus non explicatum omiſerant. Eſt autem hoc, quod μυθοποιίαν ſuam non temere, nec confuſe, ſed accurate, & prudenter, tantoque cum ordine perſecutus eſt, ut ejus ſingulæ partes aptiſſime inter ſe cohæreant, ac ſub dulciſſimo fabularum involucro perpetuam quamdam e principio ad finem usque allegoriam contineant. Id autem in Odyſſea vel maxime apparet: de qua quia nunc agitur, ejus allegoriam paucis, præſertim quod ad Ariſtotelis quæſtionem attinet, percurremus. Ulyſſes igitur, ne longum faciam, proponitur ab Homero vir non tam ſapiens aut felix, niſi quantum humanæ res ferunt, quam veræ ſapientiæ ac felicitatis (hæc enim Penelope eſt, hæc Ithaca,) ſtudioſus: ob quam conſequendam multos labores ac errores in mari, mundo videlicet, ſubit. Comites habet in hoc ſtudio nonnullos, ſed qui in itinere fere omnes deficiant, partim gula, partim libidine, partim alia qualibet clade intercepti. Ipſe poſtremo ſolus, abſorpta nave, ad Calypſonem enatat: & inde Phæa cum miniſterio, morte obita, optatam felicitatem conſequitur. Hoc igitur cum haberet ſibi Homerus propoſitum; cum alia ad eam rem pertinentia aptiſſime confinxit omnia, nimis eſſet longum demonſtrare: tum, quam homines obeunt neceſſario, mortem per ſomnum feliciſſime expreſſit. Ac primum dormiens introducitur Ulyſſes extremo quinto Odyſſeæ, cum in Phæaciam nudus enataſſet, & a Minerva conſopitus eſſet, quo in loco ſuaviſſima eſt hæc Homeri comparatio:

Ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε μελαίνῃ,
Σπέρμα πυρὸς σώζων, ἵνα μήποθεν ἄλλοθεν αὖσι,
Ὡς Ὀδυσεὺς φύλλοισι καλύψατο, τῷ δ' ἄρ' ἀϋπνῳ
Ὕπνον ἐπ' ὄμμασι χεῦ' ἵνα μιν παύσειε τάχιστα
Δυσπονέος καμάτοιο φίλαβλέφαρ' ἀμφικαλύψας.

Iterum autem dormit, cum a Phæacibus in patriam per mare deducitur, ſic enim requirebat allegoriæ ſeries: nam quæ interjiciuntur, inter utrumque ſomnum, ad ſepulcrum & funus pertinent, ita ut continuum intelligamus revera ſomnum fuiſſe. Phæaces enim intelliguntur οἱ φαιοὶ, ſive pullati qui poſt funebrem cœnam & Epitaphium ſermonem, quatuor libris habitum, funus deducunt. Quin & navis, quoniam pro ſepulcro fuit, in ſaxum denique mutatur. Nam, ut & hoc obiter adjiciamus, inter Corcyram & Ithacem jacet Samos, quæ eſt σῆμα ſeu tumulus. Sequitur Aſteris inſula, quam ſtellatam licet dicere, per quam ad Ithacam eſt iter: quæ, uti diximus, felicitas eſt & beata vita; verum tamen hac potiri commode non poteſt Ulyſſes antequam procos arcu vincat, & ſimul cum ancillis de medio tollat. Qui etenim perturbationibus animi &

cupiditatibus fruſtra felicitatem ambientibus imperare non poteſt, is nequit beatitudinis particeps fieri. Quibus ita declaratis, nemini poſthac mirum videri debet, cur Ulyſſem Homerus, cœleſtis patriæ jamjam compotem futurum dormire ſeu mori faciat. Hæc e cujus genio prodierint, ſi quis requiret, L. Auratum, maximum ſane Virum, unicum & optimum Homeri interpretem, auctorem laudabo.



R. M.

10216336

R. M. v. G.

ANIMADVERSIONES

AD

LIBELLVM

PORPHYRII

DE ANTRO NYMPHARVM.

10216336

EDITORIS
ANIMADVERSIONES
AD
PORPHYRIVM
DE ANTRO NYMPHARVM.

Cap. II.

Pag. 2. ed. noſtræ: *οἱ τας περιηγησεις της νησου γραψαντες*] Utrum ſimpliciter Geographos innuat, an peculiares inſulæ deſcriptiones, dubium: ad nos certe nulla, quod ſciam, ejusmodi ſcriptoris memoria pervenit, qui Ithacen ſingulari commentario illuſtrare inſtituerit.

Κρονιος] Cronium, ex eorum numero Philoſophum, qui Platonis ac Pythagoræ præcepta conjungebant, varii ſcriptores, inprimis Porphyrius noſter, laudarunt. v. H. Vales. ad Euſeb. H. E. VI. 19. Barth. ad Æn. Gazæum p. 98. & Fabric. in Bibl. Græca: junge J. M. Gesner. ad Lucian. T. III. p. 325. ed. nov. Loca Philoſophi, quæ hic & per totum paſſim libellum Porphyrius excitat, e deperdito ejus commentario *de allegorica Homeri interpretatione* repetita fuiſſe credibile eſt, niſi forte peculiari diſſertatione, itidem ut Porphyrius, antrum Nympharum illuſtraverit, quod non definiverim. —— Cæterum Cronii mentio errorem Galei mihi in mentem revocat, quem intereſt verbo hic adtingere; inſignis enim eſt & notari meretur, ut cui peculiarem opinionem tanquam fundamento ſuperſtruxerit. Sic autem ait occaſione Phurnuti, in præfatione Opuſculorum Mythologicorum: „ ſunt & alii, qui Cor-
„ nutum appellaverunt hunc ſcriptorem.
„ Porphyrius in Libro *de Antro Nympha-*
„ *rum* profitetur ſe libenter ſequi Cornu-
„ tum in allegoriis eliciendis." Cum autem in univerſo libro ne unus quidem locus ſit, ubi Cornutum citet Porphyrius, & in ſcribendo Cronii nomine edd. etiam omnes conveniant, dubium non eſt quin ſimilitudine utriusque vocis deceptus Galeus, Cornutum ſe crediderit legiſſe ubi Cronium legerat. Sed pergit in eodem errore porro „ Imo, pagina 262. de Ant.
„ N. editionis Cantabrigienſis ſic ſcribit:
„ *ὁθεν επιθυμια μεν*, &c. Hæc autem ſunt
„ ipſiſſima verba hujus Cornuti, quemad-
„ modum reſtitui ex MS. Cod. in n. 2. p. 148.
„ Adhuc idem Porphyrius in libro *περι*
„ *αγαλματων* quædam diſputabat de voce
„ *Ζευς*; ea hauſit ex ſecundo capite hujus
„ libelli." Quid ſequi ex hac argumentatione poſſit, non video: cum ætas iſtius Phurnuti ſive Cornuti, cujus libellus eſt *περι της των θεων Φυσεως*, certo definiri non queat, incertum etiam eſt uter alterum exſcripſerit. Id manet Cornutum a Cronio diſtinguendum eſſe & univerſam iſtam Galei de Cornuto diſputationem erroneam eſſe & *ἁμαρτηματι μνημονικῳ* inniti.

Εξουσια] hic eſt *licentia* quæ dicitur *poëtica*, Horatio eleganter reddita per verbum *audere* in *πανυθρυλλητῳ* iſto:

- - - - *pictoribus atque poëtis*
Quidlibet AVDENDI *ſemper fuit æqua poteſtas.*

Ανθρωπων γαρ και θεων ὁ πας μεν πληρης κοσμος] Reſpiciunt hæc non Heracliti ſolum

ſed & variorum veteris ævi Philoſophorum placita. De Heraclito certa res eſt e Diog. Laërtio: v. Libr. ejus IX. ſ. 7. de Thalete idem teſtatur L. I. ſ. 27. diſerte Ariſtoteles, ὅλεν ισως και Θαλης φηθη παντα πληρη Θεων ειναι L. I. de Anima Cap. 5. de Empedocle auctor Philoſophumenων Cap. IV. de Pythagora rurſus Diogenes L. VIII. ſ. 32. —— In hunc ſenſum Lucanus IX. 578.

Eſtne Dei ſedes, niſi terra & pontus & aër
Et cœlum & virtus? ſuperos quid quærimus ultra?
Jupiter eſt quodcunque vides, quodcunque moveris.

Ubi vide Bentlejum, nam quod Grotius adtulit ex Hierocle, prorſus απροσδιονυσον eſt. —— lege DD. VV. ad D. Laërt. Tom I. p. 514. T. II. p. 16. 367. 396. ac duumviros eruditiſſimos, Marsham. Canone chronico p. 279. & J. M. Gesner. in peregregia Diſſertatione de animabus Heracliti & Hippocratis Tomo I. Comment. ſociet. Regiæ ſcient. Gottingenſis inſerta, qua dein ſæpius utemur. —— Ex hoc autem fonte Stoicorum placita manarunt, qui vacuum in mundo negabant dari, teſte Plutarcho L. I. de placit. Philoſoph. p. 883. F. —— Etſi autem placita hæc e dogmate de creatione & providentia derivet Ariſtot. de Mundo Cap. V. potius tamen pravis de Deo opinionibus originem debere dixeris, quem *mundi animam rerumque creatarum* eſſe credebant, atque *omnem materiam pervadere*: v. Lipſ. L. I. Phyſiol. ſtoicor. Diſſ. VII. VIII. Menag. ad D. Laërt. T. II. p. 313. Buddei Diſſ. III. de erroribus ſtoicorum, & Thomaſium de ſtoica mundi exuſtione: etiam Ill. Leibnitium Eſſai de Theodicée T. I. p. 380. 381. ed. ult. —— Eandem ſententiam etiam Philoſophis Chaldæis tribuit Philo de rer. divin. herede p. 494. B. ſed conſer, quæ contra eum obſervat Jo. Clericus Ind. Philolog. ad Stanleji Hiſt. Philoſ. Orient. v. *mundus*, —— Inter recentiores Spinoſa ejusdem opinionis fuiſſe creditur: v. B. d. S. Opera Poſthuma p. 7. 8. ed. Belg. conf. Buddei Diſſ. de Spinozismo ante Spinozam §. III. ſqq. etiam Jord. Brunus, ſeculi VI. Atheus Nolanus: v. M. Veyſſ. la Croze Entretiens ſur divers ſujets p. 311. 312. Inter Chriſtianos ſimile quid invenimus: at quod male tamen cum priore placito confunderes; quippe & hi παντα δαιμονων πληρη prædicabant, vide loca apud Gaulmin. ad Pſellum de Operat. Dæmonum p. 58. ed. Haſenmulleri: ſed tum angelos intelligebant & malos ſpiritus, quorum hi ſanctorum ſervitiis præſto erant, illi impiorum perniciei inhiabant.

Ουδαμως του σκοτεινου επιρατου οντος, αλλα μαλλον Φοβερου] hinc derivatæ locutiones, *tenebræ mentis*, *ambulare & verſari in tenebris*, *opera tenebrarum*: & contra, *ambulare in luce*, *angeli lucis*, &c. quarum frequens in S. S. inprimis & monumentis PP. mentio: v. Vorſt. de Hebr. N. T.

Εν τοις λ. ἱσοις] Poëta nude tantum ενθα dixerat, quod æque ad antrum poteſt referri, quam ad ἱσους. Porphyrius & interpretes plerique poſterius adſumſerunt, ſed male: v. Diſſert. ad Porph.

Των μεν τινων ανθρωποις] intelligitur θυρων, quod vocabulum ob κακοΦωνιαν iterationis omiſſum, e præcedenti διθυρον repeti debet, uſu Græcis non infrequenti.

Πορευσιμοι] exprimit Poëtæ καταβατης vel καταιβατης, quod inſolentius: convenit βασιμος apud Scholiaſtem minorem; de καταβατης quædam diximus ad Homeri locum in P. I. Collectaneorum; vicinum eſt αβατος, *non pervius*, in Palæphato Cap. I. απιστων & Jo. Chryſoſt. T. VII. p. 549. Savil.

Ουκ ανατολης και δυσεως] confer quæ habentur Cap. XXIV. ουτ' ουν ανατολη και δυσει τας θυρας ανεθηκαν &c. iis illuſtrandis egregie inſerviunt Orphica apud Euſebium L. III. Præp. Euang. p. 100. D.

Αντολιη τε Δυσις τε Θεων ὁδος ουρανιωνων
Ortus & occaſus ſuperis nota orbita Divis.

Quorum me Cel. Weſſelingius, dum vivebat, occaſione hujus loci opportune admonuit.

ὡς αν σχεδον παντων των ἱερων κ. τ. λ.] Diſertius hujus rei teſtimonium alibi vix reperies; vertebantur Templorum fores Orientem verſus, vertebantur & ſigna, quæ

quæ inerant, Deorum. Hinc factum, ut qui ingrederentur Templum, vultu foribus obverſo, h. e. ad occidentem flexo, ſignisque adeo e regione oppoſito, irent: honoris quodam & cultus indicio; Το γαρ της τε ἡμερας προς το καλλιϛον αποβλεπειν, και τον ἡλιον ὑπερκυψαντα ευθυς ὑποδεχεσθαι, και του Φωτος εμπιπλασθαι ες κορον, αναπεπταμενων των θυρων, καθ' ὁ και τα ἱερα βλεποντα εποιουν οἱ παλαιοι - - - - πως ουχ ἡδεα ταυτα παντα και επαινων αξια; ait Lucianus §. VI. de domo. Paria Pammachidas Heracleota & Dionyſius Thrax, auctores diu deperditi, ſed quorum loca neſcio unde deſumta habet Nat. Comes Mythолog. L. 10. junge Spencer. L. III. de LL. Hebr. C. II. Diſſ. VI. Tennulii Diſſert. de Igne Cap. XV. &, qui copioſe, J. B. Bellum de partibus Templi Auguſtalis Tom. V. Theſ. Ant. Rom. p. 587. &c. —— de Romanis tempore Numæ v. Plutarch. Tom. I. p. 69. F. —— Interim etſi ſatis communis veterum hac de re ſit conſenſus, non deſunt tamen contrariæ rationis teſtes: τα παλαιοτατα των ἱερων προς δυσιν εβλεπεν, ait Clemens Alex. L. VII. Strom. p. 724. junge Pauſan. L. V. p. 408. & Fragm. Agrar. de Limitibus p. 215. ed. Goeſii. —— At forte tamen haud difficulter ex iis, quæ poſt Vitruvium IV. 5. ſcripſit Hyginus de Limit. Conſtit. p. 152. 153. univerſa hæc quantacunque eſt controverſia componi poſſet. —— Par ſcriptorum discordia eſt de ſepulcris Græcorum, de qua DD. VV. ad Diog. Laërt. L. I. ſ. 48. quæque nondum recte fuit ſublata. Compara, quæ de introitu Pyramidis Ægyptiæ verſus Boream docte diſputat accuratiſſimus Shaw Voiage de la Paleſtine Tom. II. p. 157. Sed hæc hujus non ſunt loci. —— Errorem Triſtani, verba Porphyrii minus recte explicantis, in Tom. I. de l'Hiſt. des Empereurs p. 465. non opus eſt notare poſt III. Cuperum Harpocr. p. 116.

Προς δυσιν αφορωντων] *ad Orientem ſpectantium*, hoc eſt *verſarum*, quomodo Geographi ſæpe de ſitu urbium loqui adſolent: v. D. Perieg. v. 73. 419. 472. &c. Strab. IX. p. 657. Steph. Byz. v. Ασσρουσια· adde Lucian. T. III. p. 193. Convenit Latinorum *ſpectare*, de quo Burm. ad Phædr. II. 5. 10.

Αντιπροσωποι των αγαλματων ἑϛωτες] h.e. *vultu Deorum ſignis obverſo ſtantes*, eam enim vim habet αντι in compoſitione: ſic αντοφθαλμειν apud Antig. Caryſt. Cap. LII. & αντιβλεπειν in Ejusdem Cap. LXV. conf. Herald. Adverſar. p. 89. aliosque a Cl. Abreſchio laudatos AA. ad Æſchyl. I. 31. Hinc reſtituendus, ut id obiter moneam, Ariſtæneti locus eſt Lib. I. Ep. 2. ineunte, qui non debuiſſet interpretes tam diu fatigare: Ἑσπερᾳ τῃ πρωτερᾳ μελωδουντι μοι κατα τινα ϛενωπον, δυο κοραι προσηλθον ΑΝΤΙΒΛΕΠΟΥΣΑΙ: in edd. eſt αναβλεπουσαι, vel αναβλυουσαι, e conjectura Pavii: vide tamen Cl. Abreſch. ad Ariſtæn. p. 327.

Cap. IV.

Αρτεμιδωρος] Geographus hic fuit, olim celebris, ſed cujus omnia interciderunt: diverſus ab Oneirocrita, qui licet & ipſe Epheſius eſſet, Daldianus tamen a patria matris vocari maluit. v. Fabric. B. G. Tom. III. Fragmenta Geographi ſatis diligenter collegit Hudſonus in Tom. I. Geographorum minorum: Addam, quia de Artemidoro mentio incidit, duo e MSS. Scholiis ad Dionyſ. Periegeſin, quæ ex inſtructiſſima ſua collectione, inter alia ανεκδοτα Pariſiis deſcripta, mecum benivole communicavit Cel. Ruhnkenius: In iis ſic habetur ad vs. 14. Αρτεμιδωρος Φησιν, τα δυο ϛοματα του Ταναϊδος διεχειν τον Καυκασον. & ad vs. 15. Αρτεμιδωρος Φησι, τα δυο ϛοματα του Ταναϊδος διεχειν αυτων ϛαδια ζ. το μεν γαρ αυτων εις Μαιωτιδα λιμνην εκρει, το δε, εις Σκυθιαν. Laudatus Fabricius, ſuo more, catalogum dedit variorum, quos inter antiquos Artemidori nomine celebres novimus, ſatis quidem accuratum illum, at quem duplo tamen auctiorem dare poſſem: potiores nunc tantum nominabo; videlicet Artemidorum Siculum in Polybio L. I. C. 8. alium apud Senec. VII. N. Q. 13. niſi idem ſit, quem e L. I. C. 4. laudavit Fabricius; porro Artemidorum, Martiali memoratum L. VIII. Ep. 58. neſcio an diverſum ab alio ejusdem L. VI. Ep. 77. & iis quos Fabricius habet; demum præfectum urbi ſub Theodorico apud Caſſiodor. L. I. Ep. 42. & Grammaticum,

cum, incertæ ætatis, cujus exſtat Epigramma hoc ineditum ſed corruptum in Anthol. MS. Bibl. Voſſ. quam L. Bat. exſcripſi:

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΤ γραμ.

Βουκολικαι μουται σποραδες ποκα, νυν δ' ἁμα πασαι
Εν τιμιας μανδρας αντι μιας αγελας.

Reliqui prope triginta, & Artemidoræ quatuor, quos e marmoribus collegi, ex indicibus Gruteri, Reineſii, Muratorii, &c. peti poſſunt: ſubjungam ανεκδοτον marmor, quod eſt in Muſeo Cel. Viri, P. Burmanni ſecundi, & cujus titulum inter alia theſauri ſui cimelia mecum humaniſſime communicavit poſſeſſor digniſſimus. Illud ſic habet:

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΤΟΥ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΚΑΙ
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΤΟΥ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΚΑΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗΣ ΑΡ
ΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΜΗ
ΝΟΦΙΛΟΥ ΚΑΤΕΣΚΕΥ
ΑΣΑΝ ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ
ΕΑΥΤΟΙΣ ΚΑΙ ΓΥΝΑΙ
ΞΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ Ε
ΓΟΝΟΙΣ (lege εκγονοις) ΚΑΙ ΤΩ ΚΑΤΟΙ
ΚΟΜΕΝΩ ΜΗΝΟΦΙ
ΛΩ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ
ΤΟΥ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΚΑ
ΠΙΝΑΤΩ ΠΑΠΠΩ

δωδεκα σταδια] Ithacam ait inſulam a portu Cephaleniæ Panormo XII. ſtadia diſtare; Plinius autem *Ipſa*, inquit, (*Cephalenia*) *circuitu colligit* XXXVI. *M. Ab ea Ithaca* XII. *M. diſtat, in qua mons Neritus*, L. IV. Hiſt. Nat. quæ non magnopere diſcrepant: major differentia in ſequentibus Plinii: *Tota vero* (*Ithaca*) *circuitu patet* XXV. *M. paſſ.* quæ συδεκοντα πεντε σταδιοις non recte conveniunt; ſed vide Cellarium.

Λιμενα εχουσα] *portum habens nomine Phorcynem*: Scylax in Periplo: Μετα δε ταυτα πολις Φαρα· και κατα ταυτα νησος εστιν Ιθακη, και πολις και ΛΙΜΗΝ. *Deinceps eſt urbs Pheræ, circa quam Ithaca inſula, in qua urbs cum portu.*

Της παλαιας σοφιας] ſic in fine libelli: λογιζομενοι δε την ΠΑΛΑΙΑΝ ΣΟΦΙΑΝ και την Ὁμηρου ὁση τις Φρονησις γεγονε. *Verum ubi animo priſcam ſapientiam reputamus & quanta Homeri prudentia fuerit*, &c.

Αναθημα] cum Nymphis Najadibus ſacrum eſſet hoc antrum earumque cultui deſtinatum, Ἱρον Νυμφαων αἱ Νηϊαδες καλεονται, recte potuit αναθημα dici; cujus vocis latiſſima eſt notio. Artemidorus *opera*, quæ dicuntur *publica*, αναθηματα appellat Oneirocr. I. 2. ὁσα δ' εις λιμενας, και τειχη, αγορας τε και γυμνασια, και κοινα πολεως ΑΝΑΘΗΜΑΤΑ ανατεινει, ταυτα ΔΗΜΟΣΙΑ καλουσιν.

Cap. V.

Καθιερουν] ſignificat Philoſophus, *antra & ſpecus ab antiquis inde temporibus mundi ſymbola fuiſſe habita*: ac proin illud καθιερουν ſtricte hic ſumendum non eſt, de *dedicatione*, qualis *locorum* eſt *Diis ſacrorum*; ſed ſimplici tantum *attribuendi* vel *adſignandi* notione explicari debet.

Τῳ κοσμῳ, καθ' ὁλον τε αυτον, και κατα μερη λαμβ.] Notum eſt, quam late olim patuerit κοσμου uſus, cui Latinorum *mundus* examuſſim reſpondet: v. Ariſtot. de Mundo Cap. 2. & Fabric. ad S. Empir. p. 663. Apud Platonem in commentariis philoſophicis, Timæo præſertim, ſynonyma fere ſunt *univerſum*, *mundus*, & *cœlum*: το ὁλον, ſive το παν, ὁ κοσμος, & ὁ ουρανος· obſervante Serrano in argumento Timæi. Ad *cœlum* ſignificandum Pythagoras in primis voce κοσμου uſus eſt: v. Macrob. in Somn. Scip Lib. II. unde Anonymus vitæ ejus auctor, qui Jamblicho jungitur, *primum* teſtatur Pythagoram *cœlum* κοσμον appellaſſe: Ὁτι πρωτος ὁ Πυθαγορας ουρανον ΚΟΣΜΟΝ προσηγορευσε, δια το τελειον ειναι και πασι κεκοσμησθαι τοις τε ζωοις, και τοις καλοις. conf. D. Laert. & Plutarch. de placit. Philoſoph. L. II. atque hinc

hinc ad ætatem Zaleuci conſtituendam argumentum ſumſit Ill. Bentlejus in Reſponſ. ad C. Boyle Sect. XIII. de Legibus Zaleuci §. IV. neſcio an tuto ſatis: aliud enim eſt rem ſemel iterumque hoc vel illo nomine appellare, aliud nomen illud ita commendare, ut dein vulgari uſu receptum omnium ore teratur. Et quid, quæſo, impedire potuit, quo minus vel Zaleucus vel alius quilibet *cœlum* aliquando κοσμον appellaret, etiamſi illud quidquid eſt nominis nondum Pythagoræ conſuetudine fuiſſet celebratum.

Της ὑλης, ἐξ ἡς ὁ κοσμος] *Materiæ, ex qua mundus.* Pleni de hac ὑλῃ Philoſophorum veterum ſunt libri, unde de ea memorare ſuperſedeo: legi poſſunt Barthii notæ ad Æn. Gazæum p. 92. & Buddeus Diſſ. III. de erroribus Stoicorum. Platonis ſententiam de tribus rerum principiis, *Deo materia* & *idea*, ſanam illam ſed vulgo non intellectam, recte vindicavit Serranus in laudato Timæi Platonici argumento; unde univerſæ; quæ hic ſequitur, diſputationi de materia & forma lux adfunditur haud exigua.

Ἡς τα μεν ενδον κοιλα] Fuit hæc plerorumque veterum opinio; terram videlicet intus cavam apertamque eſſe. Spectant eo diſputata ab Ariſtotele libello de mundo ad Alexandrum capite quarto ad finem.

Απεριοριστον] Proprie *nullis limitibus circumſcriptum.* At alienum id hoc loco: neque ſemper etiam notio στερητικου ſtricte negativa eſt, ſed haud raro hyperbolicam vim habet; ut in απειριτος, ασπετος, απειρεσιος, ασχετος· &c.

Αυτοφυης δε ὁ κοσμος] Si, quod verba declarant, *mundum ſponte genitum ſuaque vi exſiſtere* auctor adfirmare auſus eſt, longiſſime profecto & a ſana ratione & ab opinionibus veterum tantum non omnium receſſit. Uti enim omni rationi repugnat, mundum tot mutationibus obnoxium, quæ clariſſime non ejus principium duntaxat ſed & finem fatumque inminens declarant, vel æternum vel ſponte genitum & a ſe ipſo exſiſtentem dicere: v. Juſtin. M. dial. cum Tryph. & Macrob. in Somn. Scip. Ita e veteribus nec Plato nec Pythagoras mundum αυτοφυη unquam dixerunt. Plato enim etſi *Ideam* mundi & *exemplar*, ſeu *formam*, Deo ſtatuerit coæternam, (quod ſi ſano ſenſu intelligatur, ut debet certe (*), pereleganter profecto & vere ſtatuitur) nusquam tamen aliquam mundo æternitatem adſignavit, imo potius Deum τον δημιουργον και πατερα του παντος, τον ποιητην, appellavit, ut infra docebimus. De Pythagora rem conficit illuſtre Empedoclis, Pythagoreorum principis, fragmentum apud Ariſtotelem aliosque ſervatum: Εκ Θεου, ait ille,

Παντ' ὀσα τ'ην, ὀσα τ'εστιν, ιδ' ὀσσα δε εσαι οπισσω,
Δενδρεα τ' εβλαστησε, και ανερες, ηδε γυναικες,
Θηρες τ' οιωνοιτε, και ὑδατοθρεμμονες ιχθυες.

Quorum placita cum in omnibus tam religioſe ſequeretur Noſter, etiam hac in re, quæ non levis momenti eſt, relictis Stoicorum & Ocelli deliramentis, ea amplecti debuiſſet.

Ἡν λιθον και π. &c.] Ex hoc uno loco ſatis adparet, quam mirifice Philoſophaſtri iſti, quales Numenius, Proclus, Porphyrius, veritatem rerum obſcuraverint: ut dubium ſit, rectene ipſi ea omnia intellexerint, quæ de *materia* & *forma*, de *exornatione* materiæ, de αμορφια, & quæ ſunt hujus furfuris alia, tam curioſe diſceptabant.

(*) Operæ pretium erit, veram Philoſophi ſapientiſſimi ſententiam explicaſſe, unde, quam bene hæc dicantur, Lectori apparebit. „ Dei conſilia & propoſita", ſic argumentabatur Plato, „ Deo ſunt coæterna: pertinent enim ad eſſentiam Dei, ut actus pertinet ad agentem; cum „ vero Deus ab æterno ſibi propoſuerit mundum hunc aliquando creare, etiam ab æterno aliquam „ ſibi imaginem, *ideam* aliquam ſeu exemplar & quaſi ſciagraphiam hujus fabricæ habuerit ne„ ceſſe eſt; quæ quidem idea cum a conſilio ipſo de mundo creando ne cogitatione quidem ſe„ parari poſſit, ſequitur uti iſtud conſilium Deo fuit coæternum, ita *ideam* quoque & exemplar „ ſeu *formam* mundi Deo coæternam dici debere." Vide ejus Timæum & alia paſſim opera.

bant. Interim videre poteris eruditiſſimum e Benedictinis S. Mauri monachum, Martin Explication de divers Monumens ſinguliers, qui ont raport a la religion des plus anciens peuples p. 220.

Και, ὡς ὁ ποιητης εφη, ηεροειδες] Quippe illud ηεροειδες Poëtæ, quod de antro dicitur, per σκιτεινον interpretatus eſt Noſter, τῃ ὑποθεσει δουλευων· perverſe tamen, ut in Diſſertatione Homerica demonſtravimus.

Cap. VI.

ΑΦ' οὐ και κοσμος εκληθη] Plato in Gorgia p. 507. ſq. Φασιν οἱ σοφοι, ω Καλλικλει, και ουρανον, και γην, και θεους, και ανθρωπους, την κοινωνιαν συνεχειν, και Φιλιαν, και κοσμιοτητα, και σωΦροσυνην, και δικαιοτητα· και το ὁλον τουτο δια ταυτα ΚΟΣΜΟΝ καλουσιν, ω ἑταιρε, ουκ ακοσμιαν, ουδε ακολασιαν· *Ajunt ſapientes, o Callicles, & cœlum & terram & Deos & homines, ſocietatem continere atque conſervare, & amicitiam, & modeſtiam, & temperantiam, & juſtitiam: atque adeo hoc univerſum bis de cauſſis* κοσμον [*i. e. mundum*] *vocant, non* ακολασιαν [*i. e. intemperiem, & licentiam*] *nec* ακοσμιαν [*i. e. inmunditiem*]. Et rurſus in Timæo p. 40. B. νειμας περι παντα κυκλῳ τον ουρανον, ΚΟΣΜΟΝ αληθινον αυτῳ πεποικιλμενον ειναι καθ' ὁλον· *Circumque cœlum æqualiter diſtribuit, ut varietate diſtinctus univerſim vere* κοσμος [*i. e. mundus*] *appellaretur.*

Επερασος] Reſpondet vocabulum examuſſim Homerico επηρατος· ſed hoc Poëticum, illud ſolutæ orationi proprium.

Την εις κατω ΚΑΘΟΔΟΝ των ψυχων, και παλιν εξοδον] Illuſtrat hunc locum laudatus Martin Explicat. de divers Monumens p. 184. 185. Operæ pretium erit verba ejus Latio donata hic adponere. „ Quod ſequi-
„ tur Iſidis ſignum memorabile eſt, cum
„ ſceptro quod ſiniſtra tenet, tum cancro
„ capiti impoſito, ad modum coronæ.
„ Duo hæc ſymbola certiſſime Regiam in-
„ dicant poteſtatem. Altero tamen (can-
„ crum puta) profundius aliquid videtur
„ declarari; hoc eſt, ſecundum Porphy-
„ rium *deſcenſio* [τὴν εἰς κάτω κάθοδον· de
„ Antro Nymph. pag. 107. ed. Vatican.]
„ ſive *generatio animarum* [τὰς εἰς γένεσιν
„ κατιούσας ψυχὰς Id. ibid. pag. 111.] Dogma
„ ab Ægyptiis ad Pythagoreos, Plato-
„ nem, Numenium, Ciceronem, Macro-
„ bium, pluresque alios delatum. Præ-
„ cipua hæc doctrinæ gentilium pars in eo
„ conſtitit, ut crederent animas cœlo
„ deſcendere in terram ad corpora noſtra
„ occupanda: Illas Solem prætervehi: Id-
„ que aſtrum duabus inſtructum eſſe por-
„ tis, altera verſus Tropicum Cancri, al-
„ tera verſus Capricorni poſita: h. e. ſol-
„ ſtitium æſtivum & ſolſtitium hybernum.
„ Alteram portam hominum eſſe, Deorum
„ alteram: ut quæ continuum animabus
„ tranſitum præſtabant, tam euntibus in
„ mundum ſublunarem, quam remean-
„ tibus ad cœli plagas. [Macrob. in Somn.
„ Scip. lib. I. cap. 12. *Has Solis por-*
„ *tas phyſici vocaverunt, quia in utraque*
„ *obviante ſolſtitio* &c.] Demum alteram
„ ab uno latere viam attingere lacteam,
„ alteram ab altero. Eo ipſo indicantes,
„ non admitti animas ad menſam Deorum,
„ quæ via lactea fingitur, priuſquam in
„ has terras deſcendiſſent, aut in cœlum
„ rediiſſent. Sunt & alia plura, quæ ge-
„ nerationem animarum cancri ſigno indi-
„ catam ſpectant; ſed ſufficit obſervaſſe
„ Iſidem, ſignum hoc cœleſte capite geſtan-
„ tem, *Lunam* eſſe, quæ ex opinione ve-
„ terum generationi præſidebat. [Σελήνην
„ τε οὖσαν γενέσεως προςάτιδα Porphyr. ubi
„ ſupra pag. 119.]" Eleganter hæc & erudite diſputata Porphyrianis lucem adfundunt haud tralatitiam. Gemina illis invenies in Marshami Canone, & laudatiſſima Gesneri diſſertatione de animabus Hippocratis. Jungi poſſunt, quæ de eodem Heracliti ὁδῳ ανω και κατω, vel καταβασει των ψυχων και αναβασει, e veteribus ſcripſit Philo de mundo αΦθαρτῳ p. 958. A. e recentioribus, illuſtre nomen, Marklandus ad M. Tyr. Diſſ. XLI. alia infra ad Cap. X. ubi de πτωσει εις γενεσιν exponendum erit.

Οὑτω και Περσαι κ. τ. λ.] Infinitos poſſem de Perſarum numine, Mithra, auctores laudare. Sed deferbuit hæc mea citandi libido. Noti ſunt duumviri præclari, inter quos diſceptatum de eo fuit, Th. Hyde & Phil. a Turre, & qui inſtar omnium eſſe poſſunt.

Σπη-

Σπηλαιον τοπον] Vide Barneſ. ad Odyſſ. Λ. 25. & Daviſ. ad M. Tyr. Diſſ. XIV.

Ευβουλου] Obſcuriſſima hujus Eubuli eſt memoria, eumque ſolus inter veteres Porphyrius noſter laudavit auctorem. Sic legitur Lib. IV. de Abſt. Anim. p. 165. Διηρηντο δε ούτοι (Magi, ſcilicet) εις γενη τρια, ὡς φησι ΣΥΜΒΟΥΛΟΣ, ὁπερ την του Μιθρου ἱστοριαν εν πολλοις βιβλιοις ἀναγραψας. Edd. omnes & MSS. Συμβουλος habent; at cum hoc loco Ευβουλος legatur, primum Th. Canterus in variis Lectionibus, dein Voſſius in Hiſtoricis Græcis, poſtea Auctor notarum ad Libros de Abſt. l. c. in ed. Cantabr. demum Fabricius in indice Auctorum, qui in operibus Porphyrii laudantur, *Eubulum* pro *Symbulo* ſubſtituerunt. Rem confirmat Hieronymi auctoritas, quem conſtat in ſuo Codice *Eubulum* legiſſe; cum enim in Lib. II. adverſus Jovianum, univerſum fere librum quartum Porphyrii paſſim exſcriberet, inter alia etiam hoc de Eubulo teſtimonium inde deſumſit: *Eubulus quoque*, ſic ſcribit, *qui hiſtoriam Mithræ multis voluminibus explicuit, narrat apud Perſas tria genera Magorum: quorum primos, qui ſint doctiſſimi & eloquentiſſimi, excepta farina & olere, nihil amplius in cibo* (forte *in cibum*) *ſumere.*

Ζωροαστρου αυτοφυες σπηλαιον &c.] Aperte Porphyrio obloquitur Martin Explic. des monumens p. 238. & 277. ſqq. Ejus ſententia huc redit: Zoroaſtrem cultum Mithræ quidem inſtituiſſe inter Perſas, at auctorem Mithriacorum non eſſe. Mithram ei non fuiſſe ſummum Numen, ſed talem habitum, qualis a Plutarcho deſcribitur in libello de Iſide & Oſiride Cap. XLVI. Reliqua omnia Phrygum Cilicumque inventa eſſe, quæcunque ad Mithriaca pertinerent, nec in his Porphyrii noſtri, aut quem citat Eubuli, auctoritatem quidquam valere. Opinio ejus ſatis eſt probabilis, & cum iis, quæ de puritate veteris inter Perſas religionis & placitorum Zoroaſtris inculcat Doctiſſ. Hyde, egregie convenit. At nondum tamen perſpicere equidem poſſum, hæc omnia tam firmo niti fundamento, ut propterea diſertiſſimo Philoſophi noſtri teſtimonio vis ſit inferenda: qui profecto a ſe ipſo hæc non effinxit, nec propria ſolum auctoritate depoſuit, ſed vulgarem haud dubie traditionem & antiquiorum libros duces ſecutus eſt. Etiamſi enim, defectu monumentorum, iſtius quem citat Eubuli ætas certo definiri non poſſit, eo ipſo tamen auctoritas ejus tam facile in dubium vocari non debuit, maxime cum veroſimile ſit, ſecundum monumenta antiquitatis & ſcripta veterum, quibus nos deſtituimur, Eubulum hiſtoriam ſuam concinnaſſe, quæ magno eruditionis apparatu ſcripta fuerit neceſſe eſt, cum tot voluminibus conſtiterit. Sed videamus, quibus potiſſimum argumentis opinionem ſuam Vir doctus ſtabiliverit. „ 1°. ait: Zoroaſtris ætas, „ ſi vel maxime recentem ſtatuamus, ante„ cedit prophetas Eſaiam & Danielem; ſed „ vero Juſtinus M. in dialogo cum Trypho„ ne auctor eſt, plerosque Mithriacorum „ ritus ad exemplum locorum quorundam „ Eſaiæ & Danielis fuiſſe efficta; ergo Z. „ auctor Mithriacorum eſſe non potuit". At, amabo, quæ hic auctoritas Juſtini M. eſſe poteſt, aut unde is didicit hanc Mithriacorum originem fuiſſe? Contra quilibet facile videt, allegorici PP. ingenii hos eſſe luſus, non argumenta veræ hiſtoriæ. Præterea illud ipſum S. Juſtini teſtimonium alios etiam ritus ſpectat, quam quos Porphyrius Zoroaſtri adſcribit, ſecundum Eubulum. Apud illum nihil aliud traditur, quam Zoroaſtrem antrum in honorem Mithræ conſtruxiſſe, figuris quibusdam & ſymbolis diſtinctum. Ponamus nunc, in eo erraſſe Porphyrium quod δημιουργον και πατερα του παντος appellet hunc Mithram; ponamus eum, quod majus eſt, ſymbola hæc & figuras de ſuo addidiſſe; remotiora forte ſunt tempora, quam ut de ejusmodi nugis cogitemus, & ſimplicitas ejus ævi huic traditioni poteſt opponi; at id manet, nihil abſurdi vel incongrui ſtatuere, qui Mithram a Zoroaſtre in antro cultum dixerit. Præterea ea omnia, quæ de Mithra e petra nato, & boum fure traduntur, & quæ ſunt his ſimilia, ſequiori ævo ficta fuiſſe, facile poteſt concedi, ſalva Porphyrii auctoritate, qui Zoroaſtri nihil adſcribit, excepto antro. Sed videamus porro. Diſtinctio, quam Martinus facit p. 279. inter Mithram conſideratum

ut *Solem* ſtricte ſumtum, & Mithram figentem anni curſum eo quo omnes zodiaci domos percurrit ordine, ſecundum auctorem Homiliæ veteris, præ nimia ſubtilitate vana eſt & parvi momenti: neque video equidem, quæ ſit auctoritas iſtius, quam citat, Homiliæ; niſi omnia ſine diſcrimine adoptare velimus, quæ a Patribus nobis dictantur. Sed gravior eſt ejus error, qui ſequitur p. 280. *Auſſi Porphyre*, ſic ait, *a-t'il reconnu depuis lui même, qu'il avoit été ſurpris, & que le livre d'ou il avoit tiré ce qu'il avoit avancé de Mithras, etoit un ouvrage ſuppoſé par les Gnoſtiques, qui pour donner du poids a leur rêveries, avoient publié un ouvrage ſous le nom de Zoroaſtre. Aveu ſi formel, qu'Eunapius ne pouvant le diſſimuler, dit que les progrès que Porphyre faiſoit dans les ſciences, étoient ſi grands, qu'ils l'obligeoient ſouvent a changer de ſentimens.* confer ibid. p. 291. Operæ erit, ipſa Porphyrii verba inſpicere, unde, quam male ex iis argumentatus ſit Benedictinus noſter, ſole clarius adparebit. Locus eſt in vita Plotini Cap. XVI. Γεγονασι δε κατ' αυτον των Χριστιανων πολλοι μεν και αλλοι, αἱρετικοι δε εκ της παλαιας Φιλοσοφιας ανηγμενοι . . . . . οἱ τα Αλεξανδρου του Λιβυος, και Φιλοκωμου, και Δημοστρατου, και Λυδου συγγραμματα πλειστα κεκτημενοι, ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΙΣ τε προφεροντες ΖΩΡΟΑΣΤΡΟΥ, και Ζωστριανου, και Νικοθεου, και Αλλογενους, και Μεσου, &c. . . . . Πορφυριος δε εγω προς το ΖΩΡΟΑΣΤΡΟΥ συχνους πεποιημαι ελεγχους, ὁπως ΝΟΘΟΝ τε και ΝΕΟΝ το βιβλιον παραδεικνυς, πεπλασμενον τε ὑπο των την αἱρεσιν συστησαμενων, εις δοξαν ειναι του παλαιου Ζωροαστρου τα δογματα, ἁ αυτοι εἱλοντο πρεσβευειν. En verba Philoſophi, Lector, quomodo ipſe Martinus in notis adſcripſit. At nihil profecto ex illis præſidii opinionibus ejus poteſt peti. Falſum enim eſt, quod temere & præter omnem rei veritatem adſerit, Porphyrium hic agnoſcere, ea omnia quæ de Zoroaſtre paſſim in commentariis inculcaverat, e ſpurio hoc Gnoſticorum libro deprompta fuiſſe. Neque unquam, quod ſcio, ad has Ζωροαστρου αποκαλυψεις provocavit, quoties vel de cultu Mithriaco ipſo vel de auctore ejus mentionem fecit. Contra Eubulum potius ſecutus eſt ducem, cujus commentarium nemo dixerit ſuppoſititium fuiſſe. Teſtimonium Eunapii apparet quam precarium ſit, cum is placita ejus philoſophica & metaphyſica reſpiciat, minime vero traditiones de re hiſtorica. At ipſa Martini adſumtio, in cujus gratiam hæc omnia dicuntur, ſatisne certis illa fundamentis nititur? Relege ipſa ejus verba, Lector, & videbis quam facile ſit, in rebus tantæ antiquitatis audacter conſtituere; quam difficile vero, opinionem pro arbitrio adſumtam rite tueri. *C'eſt donc ſans le moindre fondement*, ſic ait p. 238., *que Porphyre a voulu accroire que Zorōaſtre étoit l'Auteur des Mithriaques . . . . . ; Zoroaſtre & les Perſes n'ont fourni aux Mithriaques que le nom ſeul de Mithras, & le culte qu'on rendoit en premier au Soleil, & en ſecond au feu, comme écoulé de cet aſtre. Tout le reſte eſt de l'invention des Phrygiens & des Ciliciens, qui ont mis en vogue Mithras & ſes myſteres. C'eſt cependant, a quoi n'ont fait attention ni les anciens, ni les Modernes: Tous ſans exception ont adopté les viſions de Porphyre, & d'un je ne ſçai quel Eubule, qu'il cite. Ils n'auroient jamais donné dans cette piége, s'ils avoient conſulté les ecrits de Zoroaſtre, ou étudié les mœurs & la diſcipline des Mages, ou fait quelque ſejour en Perſe ou lû les Reglemens, qu'Hyſtaſpe Roi des Medes fit pour affermir & étendre la Religion, que Zoroaſtre avoit dreſſée, avec le genre de vie que ce Prince traça aux Mages, & qu'il embraſſa lui-même.* At, adorabo te, quo hæc omnia? Unde tantum eruditionis apparatum hauſit Noſter: aut ubi invenit hæc, quæ jactat, monumenta? Equidem malim Eubulo iſti, quem tam faſtidioſe memorat, fidem habere; quam monumentis ad quæ ipſe provocat inhærere, & quorum obſcurior ſaltem eſt notitia quam Eubuli. Aut credemus, Martinum ſcripta Zoroaſtris evolviſſe & Hyſtaſpis leges? num in Perſia moratus eſt, & vitæ genus vidit, quod Rex Prophetarum tempore major ſacerdotibus ſuis præſcripſit & ipſe ſectatus eſt? Sed ſufficiunt hæc ad vindicandam Eubuli auctoritatem, cujus teſtimonio uſus eſt Porphyrius in narratione de antro Zoroaſtris. Quid de reliquis ritibus ſta-

ſtatuendum ſit, qui in Mithriacis obſervabantur, & num marmora illa in quibus Mithras bovem mactans adſtantibus pueris cum face effictus creditur, ad antiquiſſimum illum Mithram ſint referenda, qualem Zoroaſtres Perſas docuit, non vacat hic diſceptare. Neque multum conſtitui poteſt in rebus tantæ antiquitatis, præſertim ubi monumentis genuinis deſtituimur, quorum certa in his ſit auctoritas.

Ποιητης και πτανρ] Deſumta eſt hæc e Platonis philoſophia appellatio; cui peculiare hoc, de Deo rerum omnium creatore & parente: lege Philoſophumena cap. XIX. & Cudworth. Syſtem. Intellect. p. 404. Ab eo PP. Eccleſiæ locutionem hanc mutuare, Deoque ſuo adſignare non dubitarunt. Hunc enim ΠΟΙΗΤΗΝ και ΠΑΤΕΡΑ νοουμεν ειναι, ait Juſtin. M. in Dialogo cum Tryphone. Inde Philo, ὁτι οὑτος ηλπισεν εις τον ὁλων ΠΑΤΕΡΑ και ΠΟΙΗΤΗΝ, libro de Confuſione linguarum: & ὑμνειν τον τουδε του παντος ΠΟΙΗΤΗΝ και ΔΗΜΙΟΤΡΓΟΝ in Dialogo Zachariæ. Jungi poteſt Theodoretus Orat. I. & VI. de Providentia, poſſunt aliorum loca mille. Sigillatim ποιητης ſenſu Platonico excellenter erat *creator productorque rei, quæ antea non fuerat.* Παλ, ὁπερ αν μη προτερον τις ον ὑστερον εις ουσιαν αγοι, τον μεν αγοντα ΠΟΙΕΙΝ, το δε αγομενον ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ Φαμεν, ait ipſe Philoſophus in Sophiſta: cui ſimilis eſt locus hac in re claſſicus in Convivio, ſed longior quam ut hic deſcribi poſſit.

Εδημιουργησε] Et hoc vocabulum philoſophiæ Platonicæ debetur: cui *creator* non ſolum πατηρ και ποιητης, ſed etiam ΔΗΜΙΟΤΡΓΟΣ του παντος dicebatur. Porphyrius infra: ὁ συνεχων τον κοσμον δημιουργος. Varios ejus vocis uſus explicat Schol. ad Ariſtophanis Equites: proprie *architectum* indicabat, unde ad *creatorem* Deum tranſlata notio. Sic occurrit δημιουργος apud Conſtantinum Porphyrog. in vita Baſilii p. 153. Συμμικτων L. Allatii: —— de *Deo* Zacharias utitur in dialogo, & Chriſtiani plures. vide S. Juſtin. de Monarchia Dei in initio, Theophil. Lib. I. adv. Autolycum, Theodoret. Orat. VI. de providentia, & pſeudo-Origenis philoſophumena p. 116. 117. Contra δημιουργος της κακιας απ' αρχης *diabolus* appellatur in Epiſtola inedita Joannis Epiſcopi ad Patriarcham Photium, quam e Collect. MSS. Patricii Junii in Bibl. L. Bat. mihi deſcripſi: ad exemplum Chriſti, qui eum *mendacem* vocat ab *initio*: ψευστην απ' αρχης. Sed de his ſatis.

Των κοσμικων στοιχειων και κλιματων] Holſt. *elementorum climatumque mundanorum*: Gesn. *elementa & plagas mundi.* Sed vaga eſt iſta *elementi* notio, & nihil definit: hic στοιχεια *planetæ* ſunt & *ſtellæ fixæ.* Opportunum eſt Celſi teſtimonum, quod rem conficit: Αινιττεται ταυτα και ὁ Περσων λογος, ait ille, και ἡ του Μιθρου τελετη παρ' αυτοις εστιν· εστι γαρ τι εν αυτη συμβολον των δυο των εν ουρανω περιοδων, της τε ΑΠΛΑΝΟΥΣ, και της εις τους ΠΛΑΝΗΤΑΣ αυ γεγεννημενης, και της δι' αυτων της ψυχης διεξοδου τοιονδε το συμβολον· Κλιμαξ ὑψιπυλος, επι δ' αυτη πυλη εγδοη· ἡ πρωτη των πυλων μολιβδου, ἡ δευτερα κασσιτερου, ἡ τριτη χαλκου, ἡ τεταρτη σιδηρου, ἡ πεμπτη κερασου νομισματος, ἡ ἑκτη αργυρου, χρυσου δ' ἡ ἑβδομη· Την πρωτην τιθενται Κρονου, κ. τ. λ. *Hæc ſubindicat & Perſarum doctrina, & Mithræ ſacrum eis gentile: eſt enim in eo duarum cœli revolutionum ſignificatio, tum ejus qua STELLAE FIXAE feruntur, tum ejus qua PLANETAE, & animæ per eas tranſitus tale ſymbolum*; &c. apud Origenem Libro VI. contra eum. Nec raro etiam vox στοιχειον hoc ſenſu ſumitur: v. Menag. ad D. Laërt. VI. 102. Unde locum S. Paulli ad Coloſſ. II. 8. explicari volebat Theophylactus in Commentario —— Clare in Theophilo Antioch. Lib. II. ad Autolyc. Τεταρτη, inquit, ἡμερᾳ εγενοντο οἱ φωστηρες. Επειδη ὁ Θεος προγνωστης ων, ηπιστατο τας φλυαριας των παλαιων φιλοσοφων, ὁτι εμελλον λεγειν, απο των ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ειναι τα επι της γης φυομενα, προς το αθετειν τον θεον. *Die quarto luminaria creata ſunt. Deus enim præſciverat nugas vanorum Philoſophorum. Quod dicturi eſſent, ut Deum ſubmoverent, omnia quæ terra profert, a SIDERIBVS proficisci.*

Και παρα τοις αλλοις] Vide infra Cap. XX.

Αντρῶν χειροποιητων] Proprie χειροποιητος αυτοματῳ opponitur, vel αυτοφυει, ut e proxime præcedentibus clare adparet: & ſi rite ſumatur, id ſignificat quod *culte* fabricatum eſt & *artificioſe*. Sic τετραγωνος χαραδρα χειροποιητος, *alveus quadratus, multa arte factus*, in Achillis Tatii Libro I. alia DD. VV. ad Hebr. IX. 11. ſimiliter hoc loco αντρα ειτε αυτοφυη, ειτε χειροποιητα, *ſpeluncæ* ſunt *vel incultæ, vel ad ſacelli uſum laborioſe excavatæ*. Quantum vero in poliendis ejusmodi ſpecubus induſtria hominum & labor præſtiterint, exemplo *ſepulcrorum*, quæ dicuntur, *Regiorum* in Palæſtina adparet, de quibus Periegetæ SS. quorum coryphæi Maundrell, Shaw & Pococke.

Ὡς γαρ τοις μεν κ. τ. λ.] Nota ſunt hæc omnia ex antiquitate Græca: neque volo equidem diligentiam meam conſumi in iis, quæ centies ab aliis explicata ſunt, repetendis. Id moneo ſolum, ut Lector animadvertat diligentiam Philoſophi noſtri in his enarrandis, & quam accuratam is rituum veteris ævi notitiam habuerit.

Ὑποχθονιοις] Holſt. *ſubterraneis*: Gesn. *inferis*, quod melius. In marmoribus Græcis Θ. Τ. tantundem eſt ac *D. M.* in Latinis. Pythagoréi triplex ſtatuebant δαιμονων genus. Hierocles: τρια λογικων γενη, το πρωτον τους Θεους, το μεσον αιθεριον δαιμονας και ἡρωας, το τριτον και χθονιον ανθρωπους· alii aliter. v. Gaulmin. ad Pſellum de Operat. Dæm. p. m. 66. 67. & J. A. Schier. ad Pythag. Aur. Carm. p. 36. ſqq. qui luculenter. Rurſus alii δαιμονων nomen tantum ad tertium genus referebant, & per eos intelligebant *genios* vel ſimile quoddam δυναμεων ὑποχθονιων genus, varias etiam eorum claſſes fingentes: huc ſpectat Hermias in Comment. MS. in Platonis Phædrum, inter MSS. Codd. Voſſ. Bibl. L. Bat. ubi ita: Επειδη απο του δαιμονιου γενους πρωτως αρχεται ἡ των αγαθων και κακων διαιρεσις· παν γαρ το ὑπερδαιμονιον γενος, μονοειδως εχει το αγαθον. Εστιν ουν τινα γενη δαιμονων, τα μεν μεριδας τινας του κοσμου κατακοσμουντα και επιτροπευοντα· τα δε ειδη τινα ζωων· κατεχειν ουν σπουδαζειν τας ψυχας εις τον ἑαυτου κληρον, οἱον εις αδικιαν ἡ ακολασιαν· δελεαρ την ἡδονην την εν τῳ παραυτικα αναμιγνυσιν εν αυταις, ὁ εφορος της δε της ζωης δαιμων· αλλοι δε τινες εισι τουτων επαναβεβηκοτες δαιμονες, οἱ κολασεις επιπεμπουσι ταις ψυχαις, επιστρεφοντες αυτας εις τελειωτεραν και ὑπερτεραν ζωην· και τους μεν πρωτους αποτρεπεσθαι δει· τους δε δευτερους εξευμενιζεσθαι· εισι δε και αλλοι κρειττονες δαιμονες, τα αγαθα μονοειδως επιπεμποντες.

Ὡσαυτως δε και ταις Νυμφαις] v. Turneb. Adverſ. XII. 12. Iſac. Caſaub. de Satyr. poëſi I. 1. Meurſ. Spicil. ad Theocr. p. 47. 48.

Cap. VII.

Πασων αορατων δυναμεων] Difficilis explicatu eſt illa vox δυναμεως, ob varias & abſtruſas notiones, quas illi tribuerunt; unde Salluſtius eas etiam αρρητους appellat Cap. XV. libelli de Diis & mundo: τας ΑΡΡΗΤΑΣ ανω ΔΥΝΑΜΕΙΣ, *ſuperiores poteſtates, quæ verbis exprimi non poſſunt*. Plerumque *proprietates* indicantur & *attributa* rerum qualiacunque. Sic ἡλιου δυναμις apud Platon. L. VII. de Rep. eſt *proprietas* & *virtus ſolis*: hoc eſt *lux*; nam de *luce* eo in loco ſermo fit, non de *igne*. Conſer hic ſequens cap. VIII. ubi locus Philoſophi a Porphyrio adfertur. Legi autem, ad notionem vocis δυναμις intelligendam, merentur Noſtri verba in vita Pythagoræ p. 39. Kuſt. ubi Εκαλει γαρ, inquit, των αντικειμενων ΔΥΝΑΜΕΩΝ τον μεν βελτιονα, μοναδα και Φως, και δεξιον και ισον, και μενον και ευθυ· την δε χειρονα, δυαδα και σκοτος, και αριστερον και ανισον, και περιφερες και φερομενον. De aliis ejus notionibus, ab his diverſis, infra plus ſemel diſputandi naſcetur occaſio.

Οὑτω και ὁ Κρονος] v. Ill. Cuperi Apoth. Hom. p. 31. Ipſæ, quæ hic adducuntur, fabulæ e Mythologis conſtant.

Θεολογων] Frequentes variæque eruditorum de hac voce ſunt obſervationes, ab aliis etiam jam laudatæ: inſtar omnium eſſe poteſt Ill. Cuperus l. c. p. 111. 112. Inter gentiles hoc nomine abſolvebantur *Philoſophi* & *Poëtæ*; quam in rem operæ erit elegantiſſimam S. Theodoreti diſputationem legere de theologia paganorum in Orat. I. de providentia. Junge Fabric. ad S. Emp. p. 593.

p. 593. Præclare Juſtinus M. in Dial. cum Tryph. ineunte: Τι γαρ, ουχ' οἱ Φιλοσοφοι περι ΘΕΟΥ τον ἁπαντα ποιουνται ΛΟΓΟΝ; . . . . . η ου τουτο εργον εϛι Φιλοσοφιας, εξεταζειν περι του Θεου; quæ de Philoſophis teſtantur. Cum vero & Poëtæ de Diis philoſopharentur, etiam his illuſtre θεολογων nomen tributum fuit. Sic noſter infra de Homero, ſub finem libelli: κρατουμενους δε ουσης της Θεου, οικειον τοπον ὁ ΘΕΟΛΟΓΟΣ εξευρεν. κ. λ. conf. DD. VV. ad Juſtin. M. de monarchia Dei Cap. 2. At Philoſophorum vel ſic tamen majorem ſemper auctoritatem fuiſſe, obſervandum eſt, quam Poëtarum: ut e laudato Theodoreti loco apparet. —— Quam notionem vox inter veteres Chriſtianos habuerit, ſatis notum eſt & poſt alios multos a Wolfio ad L. II. Photii contra Manichæos, obſervatum.

Cap. VIII.

Ὁτι δε και ταις νυμφαις . . . . και τουτων μαλιϛα ταις Ναϊσιν] Vide ad finem Capitis ſeptimi.

Αἱ επι πηγων εισι] Holſt. *quæ juxta fontes degunt*; Gesn. omiſit vertere. Debuiſſet, *quæ fontibus præſunt*; uſu præpoſitionis tritiſſimo, & cujus vix opus eſt exempla adferre: alioquin laudare poſſem Cel. Reitz. ad Lucian. Tom. II. p. 538. Tom. III. p. 44. 45.

Κἀκ των ὑδατων &c.] clarius infra Cap. X. Ναϊδες, αἱ απο των ΝΑΜΑΤΩΝ οὑτω κεκληνται· ſimiliter ΚΡΗΝΑΙΑΙ eædem vocabantur, απο των ΚΡΗΝΩΝ. Schol. MS. in Iliad. θ'. in ὑποθεσει exeunte: ευχεται δε τῳ ποταμῳ, ὡσαν ἑκαϛου εχοντος δαιμονα· ὁ δε και εν ταις ΚΡΗΝΑΙΣ οιδε θεας, ἁς ΝΤΜΦΑΣ καλει· „ Νυμφαι κρηναιαι, κουραι Διος." και αλλαι „ Νυμφαι ορεϛιαδες, κουραι Διος." Οὑτω πεπληρωσθαι θειων δυναμεων Ὁμηρος ἡγητο ἁπαντα. Obſervari autem meretur totidem fere verbis in Euſebio legi, quæ hic apud Porphyrium invenimus. Locus eſt Lib. III. Præp. Euang., ſed corrupte editus; ſic habetur: Και αἱ μεν των γλυκεων ὑδατων μερικαι δυναμεις, ΝΤΜΦΑΙ· αἱ δε των θαλασσεων Νηρηϊδες κεκληνται. Pro Νυμφαι, ſubſtituendum eſſe Ναϊαδες, utut dura hæc ſit emendatio, liquidum tamen eſt e ſenſu loci. Nam *Nereides* æque *Nymphæ* ſunt ac *Najades*. Ambo ſpecies ſunt, quæ generali *Nympharum* nomine deſignantur. Firmat laudatus Schol. MS. ad Iliad. ζ' qui ſub Porphyrii nomine inter MSS. Voſſ. Bibl. L. Bat. adſervatur: Ὁτι τας μεν Νηρεϊδας ὁ μυθος θαλατσιας δαιμονας αφιϛαται· τας δε ΝΗΙΔΑΣ των γλυκεων ναματων προϊϛαται.

Νοερων ὑδατων] Notio, quam Grammatici tribuunt voci νοερον, variis ejus uſibus recte convenit: νοερον, ajunt, το αισθητον, το πνευματικον, το μη ὁρωμενον. Quid vero *aquæ* ſint νοεραι, equidem non explicabo. *Sentiant* qui velint, nam res *ſenſus* eſt, non *verborum*: i. e. ex eorum genere quæ, ut ajunt, magis *ſentiuntur* quam *explicantur*. An vero ingenia noſtri temporis ſatis ſubtilia ſint, ad has notiones ſentiendas, nullus ſcio. Mihi, quod ingenue fateor, hæc ſub ſenſus non cadunt.

Ῥηξασαι] ναϛμους ſcilicet, ut Barneſius ſupplet: i. e. *aquas ſuas devolventes*, quod proprium ſcaturiginibus fluminum, quæ plerumque in montibus oriuntur. Et teritur verbum ῥησσειν apud Græcos uſu *devolvendi*, *dejiciendi*, & dein etiam *proſternendi*: exempla dedi in Obſerv. Miſcell. Cap. II. addi poſſunt notæ Maittairii ad Inſcript. Herodis & Regillæ vs. 25. & Lud. de Dieu ad Marc. IX. 18. Dioſcoridæ eſt,

Δακρυα ουδ' ΕΡΡΗΞ' επι πενθεσιν . . . .

i. e. *Lacrymas non fudit*, in Lib. III. Anthol. p. 202. Steph. Atque eodem modo explicanda eſt locutio Theodoreti, ῥησσειν ελεγχοις in Serm. I. de Providentia, de *refutatione argumentorum* & *dejectione*, quam cum interpres non intelligeret, liberius non nihil res ſuas egit. Deſumſit Theologus doctiſſimus locutionem a *luctu*, quo in genere terebatur iſtud ῥησσειν· v. Obſerv. noſtras l. c. & adde Salmaſ. ad Achill. Tat. p. 657. Servavit primitivi notionem etiam compoſitum καταρρηγνυειν in Antigono Caryſtio Cap. XLIX. Hiſt. Mirab. ubi ſic legitur: τους δε εγχωριους, μολιβδον τοις οϊϛοις περιτιθεντας, τοξευειν και ΚΑΤΑΡΡΗΓΝΤΕΙΝ τας

τας νεττειας. *Incolas, plumbum ſagittis addentes, jaculari & DEJICERE nidos.*

Οἱ Πυθαγορειοι, και μετα τουτους ὁ Πλατων] Convenit Æn. Gazæus in Theophraſto: Και το δε το παν Εμπεδοκλης αντρον πεποιηκεν· Εν πολιτειᾳ δε Πλατων μεταβαλλων σπηλαιον ονομαζει· Αμελει και των δεσμων λυσιν, και του σπηλαιου φυγην, την ενταυθα της ψυχης εφη πορειαν. Ubi cave interpretem conſulas, nam is omnia turbavit.

Εμπεδοκλει] Celeberrimus eſt hic Pythagoræ diſcipulus, cujus nihil exſtat præter fragmenta. Aliquot ex iis H. Stephanus collegit in Poëſi Philoſoph. p. 15. ſqq. ſed tam pauca operæ vix erat collegiſſe. Longe meliora orbis eruditus exſpectavit ab induſtria diligentiſſimi viri & Polyhiſtoris præclari, J. A. Fabricii, qui peculiare ſyntagma molitus eſt, quo fragmenta hujus Philoſophi complecteretur. Id ipſum tamen, ab auctore communicatum cum Moshemio, poſt mortem ejus neglectum penitusque amiſſum eſt: ut cel. Reimarus teſtatur in vita Soceri. —— Equidem, deſiderium tam egregii laboris male ferens, damnum hoc quomodocumque reſarciendi & reliquias hujus Philoſophi uno faſciculo colligendi conſilium ceperam: eumque in finem inſignem jam apparatum fragmentorum Empedoclis mihi collegeram, eo animo ut ſyntagma hoc uno volumine cum Porphyrio in lucem ederetur: cum ſubito mutato domicilio Bibliothecæ publicæ cauſſa Lugdunum Batavorum conceſſi. Illuc vero delatus mox ſenſi, quantum ex eo itinere Empedocles lucraretur. Nam præter varia ejus fragmenta, quæ e Scholiaſtis & Philoſophis MSS. inprimis Commentariis in Platonem ineditis deſcribere licuit, ex adverſariis Ill. Viri Joſ. Scaligeri, e quibus multa diſci poſſunt quæ alibi fruſtra quæras, inter alia ανεκδοτα & luce publica digniſſima, etiam *Syllogen* deſcripſi *fragmentorum Heſiodi, Orphei, Parmenidis* & *Empedoclis*, quæ undecumque Vir inmortalis memoriæ diligentiſſime collegerat; *Empedoclis* præſertim, cujus reliquias ultra centum & quod excurrit ab eo congeſtas inveni: adſcriptis hic illic ſummi viri emendationibus; & in his inſignia etiam fragmenta, quæ ipſe Fabricius in ſyntagmate ſuo MS. ignoravit, ut e commentario Moshemii ad Cudworthum mihi conſtat. Cum vero accuratiſſimum delectum poſtulet hic labor, & aliæ etiam cauſſæ interceſſerint a privatis negotiis, conſilium, quod initio ceperam, abjeci, & *Syntagma Empedocleum*, fragmentis ejus forte trecentis aut amplius ſpectandum, non cum hoc Porphyrii libello, ſed ſeparatim poſtea publicare conſtitui. Quem in finem Viros Doctos & harum literarum fautores rogatos volo, ut, ſi qua habeant e MSS. Codd. hujus conſilii ſubſidia, meque favore & auxilio ſuo indignum non judicaverint, in commune literarum bonum ea mecum communicare haud dedignentur. Honori ipſis erit, de humanioribus ſtudiis, de Empedocle, & de me adeo ipſo bene meruiſſe.

Αἱ ψυχοπομποι δυναμεις] De notione δυναμεων ſupra diſputatum: at diverſiſſimus rurſus eſt uſus, qui hic obtinet: Hic δυναμεις *genii* ſunt, ſeu genus *poteſtatum*, ut ita dicam, *ſpiritualium:* nam de perſonis etiam ſumi hæc vox ſolet. Sic interdum de magiſtratibus teritur, ut Chishullus docet ad Inſcript. Sigeam. Sæpius de *diabolis* & *malis ſpiritibus*, quales αἱ δυναμεις αἱ κοσμοκρατορες του σκοτους τουτου uſu Manichæorum; tanquam in Teſtamento Salomonis MS. phantaſtico & futili, apud Gaulm. ad Pſellum de Operat. Dæm. p. 13. quibus ſimiles δυναμεις αξιαι Gnoſticorum in Abraxis apud Spon. Miſcell. Erud. Antiq. p. 298. Notari vero merentur δυναμεις Philoſophi Noſtri, ob adjectum ψυχοπομπων, quod commiſſum ipſis ψυχαγωγιας munus indicat. De illis agit eruditiſſimus Abrincenſium præſul in Origenianis Lib. II. Quæſt. V. & not. ad Origen. in Joann. p. 115. 116. copioſius Cel. Ode in Commentario de Angelis, & DD. VV. ad Luc. XVI. 22. Notum eſt a veteribus Græcis Mercurio ſpeciatim hanc ſpartam fuiſſe adſignatam,

Ut pias lætis animas reponat
Sedibus, virgaque levem coërceat
Aurea turbam, ſuperis Deorum
Gratus & imis.

Vide obſervata illuſtriſſimorum noſtra ætate ho-

hominum, T. Hemſterhuſii ad Lucian. Tom. I. p. 489. ſq. & P. Weſſelingii ad Diod. Tom. I. p. 107. ſq.

Παρα Πλατωνι] Locus exſtat in Lib. VII. de Republica p. 514. ed. Steph. confer ſummi Viri notam ad Lucian. Tom. I. p. 43. deſcriptionem ejus vernaculo rhythmo eleganter expreſſit, elegans ſed obſcurus ſeculi XVI. Poëta Belgicus, H. L. Spieghel in egregio Poëmate, quod ſpeculum cordis (Hertſ-ſpieghel) inſcripſit Lib. III. vs. 66. ſqq.

Καταγειῳ] De ſcriptura hujus vocis disputatum in diatriba de Cepotaphiis.

Προςδιαλεγομενου] v. Platon. l. c. p. 517.

Τῃ του δεσμωτηριου οικησει] v. Meurſ. ad Helladii Chreſtomath. & VV. DD. inprimis cel. Alberti ad AA. XII. 7. Simpliciter potuiſſet vel δεσμωτηριῳ dici vel οικησει, οικηματι, οικητηριᾳ, cet. Abundanter οικησις του δεσμωτηριου dicitur „ ut οικια του σκη„ νους, fons Timavi, oppidum Antiochiæ, „ amnis Eridani, arbor fici, εξηγητικως" Grotium audis ad 2 Cor. V. 1.

Cap. IX.

Εγκοσμιων δυναμεων] Spectant huc diſputata ad cap. VII. non quæ ad præcedens caput obſervavimus.

Του δ'αυ νοητου] Opponitur ὁ ΝΟΗΤΟΣ κοσμος τῳ ΑΙΣΘΗΤΩι· de utraque voce diſputat Vorſtius in Diſſertationibus Sacris.

Παν αντρον σΦαιροειδες] Antrum oportebat *ſphærica* eſſe *figura*, ideo quod *mundi* ſymbolum gereret: eum enim σΦαιροειδη eſſe veteres plerique credebant. Sic certe Eratoſthenes apud Strabonem libro primo Geographiæ; ſic etiam philoſophi haud pauci, in primis Stoici: v. D. Laërt. L. VII. rationem dedit Plato in Timæo. Atque hinc explicandus ſupplendusque eſt Tertullianus Lib. II. ad Nationes Cap. 4.

Cap. X.

Ουκ αν ειη της ν. ου. &c.] Minus accurate Holſt. hæc vertit, qui inter ὑποςατιν & ουσιαν melius debuiſſet diſtinguere. Par etiam Gesneri vitium, quod tamen magis poteſt excuſari. Tu verte: - - - - *nequaquam illud intellectualis SUBSTANTIÆ, ſed ESSENTIÆ materiæ inſitæ ſymbolum gerat*, vel *gerere poteſt dici*. Ειη Φερον inter ſe cohærent: transpoſitione minus eleganti, at obvia tamen, & Porphyrio, nitorem dictionis parum curanti, facile donanda.

ΝυμΦων, ουκ Ορεςιαδων &c.] Varia Nympharum genera, quorum apud veteres mentionem invenimus, recenſuit Tollius ad Formulam receptionis Manichæorum. Phavorinus luculenter, at ſecundum antiquiores, ut ſolet: ΝυμΦαι] αι επι της ξηρας, αι Ἁδριαδες (l. Δρυαδες) και Ἁμαδρυαδες, και Ορεςιαδες καλουνται· Νηρηιδες, αι εν τῃ θαλαττῃ· Ναιδες, αι εν ταις λιμναις. Και αλλως· Των νυμΦων αι μεν εισιν ουρανιαι, αι δε επιγειοι, αι δε ποταμιοι, αι δε λιμναιαι, αι δε θαλασσιαι· και καθολου το των ΝυμΦων γενος εις πολλα διηρηται, ὡς Φησι Μνησιμαχος. confer locum Hermiæ in Comment. MS. in Platonem, quem infra dabimus ad cap. XII.

Αλλα Ναϊδων] Opportuna & juſta eſt Noſtri obſervatio, Homerum accurate feciſſe cum *Najades* nominaret antri Deas, non *Nereides*. Vindicavimus id contra Scaligerum in Diſſertatione.

Ναϊδων, αι απο των ναματων ουτω κεκληνται] Νεω vel ναω eſt *fluo*: unde Νερεος, vel Νηρεος, Νηρος, & Νηρευς· etiam ναμα vel νημα, teſte Heſychio: απο των ναματων, Ναϊδες vel Ναϊαδες, ut Πηγαιαι, απο των πηγων· Κρηναιαι, απο των κρηνων· Λιμναιαι, απο των λιμνων. Porphyrius infra cap. XIII. ταις νυμΦαις, αι ΝΑΜΑΤΩΝ και ΠΗΓΩΝ προεςωσαι, ΠΗΓΑΙΑΙ τε και ΝΑΙΔΕΣ δια τουτο κεκληνται.

Δυναμεις] Hic δυναμεις *Nymphæ* ſunt: quo ſpectant obſervata ad cap. VIII.

Ελεγον δε και τας εις γ. κ. ψ. ἀ] Compara, quæ infra diſputat cap. XII.

Λεγων, και τον προΦητην] Moſem, Geneſ. I. 3. והארץ היתה תהו ובהו וחשך על־פני תהום ורוח אלהים מרחפת על־פני המים: Illum *prophetam* hic dici nemo mirabitur, qui latiſſimos hujus vocis limites cogitaverit: ita ut non ſolum προΦητης de quibusvis Librorum SS. etiam hiſtoricorum ſcriptoribus, ſumatur; ſed generatim ῥηθεν δια προΦητων tantumdem ſit, ac ſi dixeris *traditum in S. Scriptura*: cum eo nomine etiam unius S. auctoris ef-

ſata indicentur. Vide Grot. ad Matth. II. 23. quem plures dein exſcripſerunt: alia alii ad Tit. I. 12. & 1 Pet. I. 10. Cæterum obſervari meretur, Numenium, unde hæc citantur, philoſophum Platonicum & paganum, in Libris SS. præſertim Moſaicis verſatiſſimum fuiſſe. Imo, teſte Heſychio Mileſio, docuit Platonem multa a Moſe deſumſiſſe, in iis quæ de Deo & mundo tradidit; & Origines Lib. 4. contra Celſum auctor eſt, ipſum multa melius docuiſſe, quam Plato. & varia e Pentateucho & SS. in commentarios ſuos tranſtuliſſe. Plura de eo infra ad cap. XXI.

Δια τουτο λεγων &c.] Obſerva integrum hunc locum, auctore non laudato, pro more ejus ævi exſcriptum fuiſſe a Gyraldo in Synt. 5. Hiſtoriæ Deorum.

Εμφερεσθαι] in Hebr. eſt מרחפת / quod interpretes omnes, tam LXX. quam Triumviri Græci, Aquila Symmachus & Theodotion, per *επιφερεσθαι* reddiderunt; unde Numenium forte corrigendum dixerit aliquis. Sed res eodem redit. v. Grot. ad h. l. —— Poſtea *εμφερεσθαι* etiam citatum inveni in Confirmatione, ut appellatur, Græca articulorum quorundam SS. Theol. e PP. & SS., inedita, ſed *ακεφαλη*, quam, inter MSS. ſi recte memini, Patricii Junii in Bibl. LBat. excuſſi: Ibi cap. IV. ſic legebatur: *Κανων γαρ ἡμιν εϛιν αληθης και αδιαπτωτος, κακου τον Θεον μηδαμως ειναι δημιουργον, μητε μην δικαιῳ λογῳ του Θεου μεταψηφιζεσθαι τινα·* „ *Εν αρχῃ εποιησεν ὁ Θεος τον* „ *ουρανον και την γην· και Πνευμα Θεου ΕΜΦΕ-* „ PETO· *επανω του ὑδατος·* &c.

Το του Θεου πνευμα] Non minus abſurde Sec. XVI. hæc verba intellexit Vir in rebus naturalibus ſupra captum ſuæ ætatis ſapiens, ſed quod placita ſpectat religionis Atheus peſſimus, Jord. Brunus, patria Nolanus, & variis ſcriptis inter quæ etiam ſunt metro adſtricta celebris. Exſtat de eo C. Scioppii epiſtola ad Rittershuſium, Roma XVI. Febr. MDCC. ſcripta, & a Struvio in Act. Liter. e MSS. erut. Faſcic. S. publicata, in qua ſic legitur: „ Hinc Pragam „ delatus librum edit de *immenſo & infi-* „ *nito* . . . . . & rurſus alium *de umbris* „ *& idæis*, in quibus horrenda prorſusque „ abſurdiſſima docet; mundos eſſe innumerabiles, (obſerva Scioppii ætate hoc novum fuiſſe & hoc ſolo nomine horrendum, prorſus ut medio ævo doctrina de antipodibus) . . . . . magiam eſſe rem „ licitam, Spiritum S. non eſſe aliud niſi „ *animam mundi*, & hoc voluiſſe Moy- „ ſen, dum ſcribit, *eum foviſſe aquas.*" confer Mr. la Croze Entretiens ſur divers ſujets p. 294. —— Cæterum neſcio an recte Porphyrii, vel potius Numenii, mentem ceperit Benedictinus, dum ſic ſcriberet Explic. de divers monumens p. 220. „ Les „ Egyptiens poſoient pour principe, que „ la matiére, dont la maſſe de l'Univers „ a été tirée, étoit un Volume de pierre, „ immenſe fluide, informe, humide, & „ tenebreux; & que l'*Eſprit divin*, que „ Moyſe dit avoir été porté ſur les eaux „ pour les rendre fécondes, étoit les *ames* „ memes des hommes, qui venoient du „ Ciel en terre pour y faire quelque ſe- „ jour." Primo obſervandum eſt, Ægyptiorum hæc non fuiſſe placita, ſed peculiarem Numenii opinionem, philoſophi Platonici. Tum ſecundo loco perverſe etiam Martinus mihi videtur e verbis Porphyrii opinionem hanc proponere. Neque enim ſtatuit Numenius, ſi quid ego hic video, *ſpiritum Dei* apud Moſen ipſas eſſe *animas*, quæ e cœlo deſcendebant; ſed *animas* ſolum *προσιζανειν τῳ ὑδατι*, quod *θεοπνοον* erat, & *ſupra quod* Moſes dixerat *εμφερεσθαι το του Θεου πνευμα*. Res ex univerſa diſputationis ſerie ſatis eſt dilucida.

Τους τε Αιγυπτιους δια τουτο &c.] Notum id ex Euſebio Lib. III. Præp. conf. Ill. Cuperi Harpocrat. p. 14. & Martin Explic. des monumens p. 162. 197. Memini fuiſſe, qui ex hoc ritu originem demonſtrare voluerit Ægyptiorum nominum *Ιαμβρης* & *Ιαννης*, quorum memoria exſtat in ſecunda Paulli Epiſtola ad Timotheum, & de quibus in Diatriba de Cepotaphiis copioſe diſputavimus. Ita quidem, ut quæ antea peculiaria tantum nomina habebantur duobus his Magis propria, ille in totidem ſectarum appellationes converteret. Altera *των* ימברים / quaſi *juratos navigii* dixeris, a ימא / *juravit*, & ברים / quæ ei ipſa eſt vox Græca *βαρις* in Diodoro & Gram-

Grammaticis obvia. Altera יננים/ Ιαννης, quod *placidum miraculorum patratorem* exponit. Quid de hac conjectura ſtatuendum ſit, alii videant. Equidem tot difficultatibus preſſam puto, ut verear ne paucorum adſenſum ferat.

Ἡρακλειτος, ψυχῃσι φαναι τ. μ. θ. ὑ. γ.] De Heraclito nota omnia: ita tamen ut fabulæ loco habenda ſint, quæ de ejus luctu ingenioque, Democriti e regione oppoſito, vulgo narrantur. Quod ſententiam adtinet, quæ hoc loco traditur, ei contraria omnia dixeris in Philone inveniri. Ευ γαρ Ἡρακλειτος, ait is libro de Mundo incorruptibili, εν οἱς φησι, „ ψυχῃσι θανατος ὑδωρ γενεσθαι, ὑδατι θανατος, γην γενεσθαι, &c. & nota eſt ejus vulgaris ſententia, αυη ψυχη σοφωτατη, de qua infra dicemus. Sed facile hæc conciliantur, ubi quis accuratam placitorum ejus notitiam ſibi comparaverit, ut conciliata etiam ſunt ab Ill. Gesnero in diſſertatione de animabus Heracliti & Hippocratis.

Τερψιν δε ειναι αυταις την εις την γενεσιν πτωσιν] Æneas Gazæus in Theophraſto: Ἡρακλειτῳ, ᾧ δοκειν των ανω πονων της ψυχης αναπαυλαν ειναι την εις τον δε τον βιον Φυγην. Quo in loco Φυγη illa εις τον βιον eadem eſt, quæ ſecundum alios dicitur, ἡ εις γενεσιν πτωσις.

Ζην ἡμας τον εκεινων θανατον, και ζην &c.] Idem Heracliti ſcitum inter alia ejus εναντιοφανη refert Heraclides de Allegoriis Homeri p. 443. vide H. Steph. Poëſin Philoſoph. 135. Marsham. Can. 279. Daviſ. & Marckl. ad M. Tyr. 643. 727. Fabric. ad S. Emp. 185. & Gesneri diſſertationem.

Ταις δε των Φυτων ψυχαις τροφη το ὑδωρ] Operæ erit, ad hæc intelligenda, notionem ψυχης, ſenſu Heraclitico ſumtam, cognoviſſe. Omnium optime hæc tractavit Gesnerus.

Cap. XI.

Τοις δ' απο της σοας] Diog. Laërt. L. VII. τρεφεσθαι δε τα εμπυρα ταυτα, και τα αλλα ασρα· τον μεν ἡλιον εκ της μεγαλης θαλασσης, νοερον ὀντα ἀναθυμιασιν· την δε σεληνην εκ ποταμιων ὑδατων· κ. τ. λ.

Ἡλιον μεν τρεφεσθαι] Spectant huc Euſeb. P. E. Lib. III. p. 115. Macrob. in Somn. Scip. II. 10. & quæ plura eandem in rem egregia diſputant Menag. ad Diog. l. c. Spanh. ad Callim. H. in Delum, Cuper. Harpocr. p. 5. & illuſtre Germaniæ decus P. E. Jablonski P. II. Panthei p. 103. ſqq. Ex hac autem opinione Jo. Meurſius explicandas cenſuit illas Poëtarum locutiones, quibus ſolem mane ex undis orientem deſcribunt, neſcio tamen an undiquaque bene. Vide ejus Spicileg. ad Theocrit. p. 15. 16.

Τα δ' ασρα &c.] Audi, Lector, Reimmannum in Iliade poſt Homerum, ubi ſic ait:

„ Et quid in cœli & rerum cœleſtium de-
„ ſcriptione (Homerus) non præſtitit? Op-
„ portunior nobis de hac materia dicendi
„ locus erit, ſi ad aſtronomiam perveneri-
„ mus, adeoque eandem hoc capite præ-
„ terimus, ne Lectori cramben bis terve
„ coctam apponere cogamur. Et licet hoc
„ ipſo forſan humani aliquid paſſus videri
„ poſſit, quod ignem æthereum & ſtellas
„ humoribus nutriri putaverit, ſcripſeritve
„ Lib. v. Iliados p. 77. de ſidere autum-
„ nali quod maxime luceat, ſi prius lotum
„ fuerit in Oceano:

„ Ἀσὲρ ὀπωρινῶ ἐναλίγκιον ὅσε μάλιστα
„ Λαμπρὸν παμφανιήσι λελύμενος Ὠκεανοῖο
„ *Stellæ autumnali ſimilis, quæ maxime*
„ *Splendida lucet, lota in Oceano.*

„ Quo nomine & a Scaligero L. V. Poë-
„ tices Cap. 3. p. 572. notatus eſt, condo-
„ nandum tamen hoc ipſi eſt ob Phyſices
„ Græcanicæ ejus temporis infantiam, &
„ προδοξιαν eruditorum epidemicam, qua
„ tanquam œſtro quodam perciti perſua-
„ ſum ſibi habebant, mare idcirco ſub Zo-
„ nam torridam eſſe poſitum, ut ignis
„ cœleſtis eſſet pabulum, ſolemque ali
„ evaporatione maris, Lunam fontium &
„ fluminum, aſtra telluris. Et auctor eſt
„ Macrobius Lib. I. Saturn. c. 23. p. m.
„ 252. omnium Phyſicorum adſertione
„ conſtare, calorem humore nutriri. Et
„ Homerum, quando Iliados Lib. I. p. 20.
„ Thetidem Achillis matrem inducat di-
„ centem:

„ Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεάνου μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
„ Χθίζος ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.
„ *Jupiter in Oceanum ad inculpatos Æthiopas*
„ *Heſternum ivit ad convivium, Dii autem ſimul omnes ſecuti ſunt.*

An toti morimur, nullaque pars manet
Noſtri: cum profugo SPIRITVS balitu
Immiſtus nebulis ceſſit in aëra?

Statius *animas* L. III. Theb.

. . . . . *te diro horrore volantes*
Quinquaginta ANIMÆ circum noctesque diesque
Adſiliunt.

„ Per Jovem intellexiſſe ſolem, cui unda
„ Oceani dapes miniſtret, per Deos autem
„ reliqua ſidera."

Ἄμμα νοερον] Similiter apud Diogen. ſupra cit. legitur νοερον ἀναμμα· pro quo H. Stephanus νοτερον tentabat, & memini fuiſſe, qui idem hoc loco maluiſſet: ſed vindicanda eſt vulgata lectio.

Αναγκη τοινυν &c.] vide omnino Gesneri diſſertationem.

Ὑγρον γαρ εν αερι παχυνθεν νεφος συνιςαται] Ariſtoteles, ſeu quisquis Auctor ſit libelli de mundo, cap. 4. νεφος δε εςιν, ait, παχος ατμωδες συνεςραμμενον, γονιμον ὑδατος. Sed vix dubito quin per νεφος Noſter *nebulam* intellexerit, non *nubem*: quæ Ariſtoteli aliisque ὁμιχλη ſolet appellari. De aëre etiam & denſatione του ὑγρου Anaximenes philoſophatur apud Hermiam in Irriſione philoſophorum gentilium, ſed is tamen alios ejus effectus aliasque ponit μεταμορφωσεις, quam Noſter hoc loco.

Τους δε Φιλοσωματους &c.] Apparitiones mortuorum vivis factas æque veteres crediderunt ac recentiores: και οδυρομεναι, ait Noſter, ὠφθησαν πολλαι· και αἱ των ατἀφων παραμενουσι τοις σωμασιν, αἷς και οἱ γονῆτες καταχρωνται προς αυτων ὑπηρεσιαν, βιαζομενοι τῃ του σωματος ἡ μερος του σωματος κατοχῃ L. 2. de Abſt. junge Saluſt. de Diis & mundo Cap. 19. Hinc Græcorum φαντασματα και ὁραματα, Latinorum *ſpectra*, *lemures*, *umbræ*, &c. Id vero difficile ſemper fuit definire, quid revera *ſpectrum* eſſet, corpus an ſpiritus, an vero neutrum aliquid a duobus his diſtinctum. Servius ad IV. Æn. ſatis accurate quæſtionem hanc tractat: Concludit is autem, *ſimulacrum eſſe quoddam, quod ad corporis noſtri effigiem fictum, inferos petit & eſt ſpecies corporea, quæ non poteſt tangi, ſicut ventus.* Seneca *ſpiritus* appellat in Troadibus:

Umbras Virg. 6. Æn. & 4. Georg. Ovid. 4. Metam. & Valer. Flacc. l. 3. Suet. Calig. —— Apulejus varia conjunxit nomina in Apologia: *At tibi, Æmiliane, . . . dicat Deus iſte . . . . utrorumque Deorum malam gratiam, ſemperque obvias SPECIES mortuorum, quidquid VMBRARVM eſt usquam, quidquid LEMVRVM, quidquid MANIVM, quidquid LARVARVM, oculis tuis oggerat: Omnia noctium occurſacula, omnia buſtorum formidamina, omnia ſepulcrorum terriculamenta, a quibus tamen merito & ævo haud longe abes.* Quod ad materiam vel eſſentiam ſpectrorum adtinet, variæ ea de re Philoſophorum fuere opiniones; aliis dæmones adſumta hominum figura, aliis ipſas hominum animas corpore jam jam ſeparatas, rurſus aliis *genios* eorum, ſive bonos ſive malos, ſub forma ὁρατῃ ſeu viſibili, ut ita dicam, divagari, vivisque adeo vel terrori vel admonitioni eſſe, opinantibus. Quibus etſi adſumtis, manſit tamen difficultas de ipſa illa *ſpecie* & *forma* viſibili: quæ, cum *corpus* eſſe non poſſit extenſum & partibus præditum, neque *ſpiritus* per ſe ſuaque natura oculos latens, plerisque medium aliquid corpus inter & ſpiritum fuit habitum. Talis eſt Porphyrii ſententia hoc loco propoſita: quæ e placitis ejus, ab Heraclito potiſſimum & Platonicis deſumtis, de *ſiccitate & humore* animarum, ſatis eleganter & velut ſponte profluit. Opportune incidit Pſelli locus in libro de Operationibus Dæmonum: Rogaverat interlocutorum apud eum unus, qua re aut quomodo alerentur ſpiritus, cum neceſſe ſit ali, ſi verum ſit eos περιπτωσιν τινα habere και σπερμαινειν. Ad hæc alter: Τρεφονται, inquit, οἱ μεν δι' εισπνοης, ὡς

ὡς το εν αρτηριαις και εννευροις πνευμα· οἱ δε δι' ΥΓΡΟΤΗΤΟΣ. *Aluntur alii quidem per reſpirationem, ut ſpiritus arteriis & nervis contentus, alii vero humiditate.* Et poſtea: Τοις γαρ μυχαιτατοις τοποις συνδιαιτωμενα, ψυχροις εσχατως και ανικμοις ουσι, πολλης πληρουται της εκειθεν εμψυξεως, ὑφ' ἡς πιλουμενα και θλιβομενα, νοτερας ερα και ζωωδους θερμης, και ἱν' απολαυσῃ ταυτης, και αλογοις ζωοις εσκηπτει, και επι βαλανεια και βοθρους ιεται· την γαρ του πυρος και την ἡλιακην, ὡς καυσικην και ξηραινουσαν απροσρεφεται· την δε των ζωων ὡς συμμετρον ουσαν και μεθ' ὑγροτητος, ἡδεως ασπαζεται· κ. τ. λ. —— Sed ut faſtidium harum ineptiarum a te amoveas Lector, lege quæ de ſpectris docte & eleganter diſputavit M. Buffon Hiſt. Naturelle Tom. VI. p. 22. ed. min.

Ξηρα ψυχη σοφωτατη] Heracliti ſententia proprie ſic habuit: Αυη ψυχη σοφωτατη και αριστη. Gloſſæ loco illud ξηρα primum margini adſcriptum, dein paſſim a ſcribis textui inſertum fuit: ſervata interdum, ſæpe rejecta vera Heracliti voce αυη. Illam egregie auctori ſuo vindicavit Cel. Weſſelingius (nam ei Diſſertatio hæc debetur, ut ipſe, dum inter vivos ageret, plus ſemel mihi ſignificavit) in Miſcell. Obſerv. Amſt. Vol. 5. Tom. 3. confer Gesneri diſſertationem Heracliticam. Hinc κατασπασθηναι ὑπο της ενυγρου των παθων φλογος, in Anonymo de Erroribus Ulyſſis Cap. 10. ubi videbis editoris Columbi obſervata.

Cap. XII.

Ναΐδες ουν Νυμφαι, αἱ εις γενεσιν ιουσαι ψυχαι] Hermias paullo aliter, at appoſite tamen, Comment. MS. in Plat. Phædrum: Κατα παντας δε τας αισθησεις δεικνυσι την ευφροσυνην ὑπαρχουσαν πλην της γενεσεως. Αχελωος, ὁς εστιν ὁ εφορος θεος της πολυτιμου δυναμεως του ὑδατος. Δια γαρ μεγιστου τουτου ποταμου τον εφορον δηλουσι του ποτιμου ὑδατος· Νυμφαι δε εισιν εφοροι θεαι της παλιγγενεσιας, ὑπουργοι του εκ Σεμελης Διονυσου· διο και παρα τῳ ὑδατι εισι· τουτ'εστι τῃ γενεσει επιβεβηκατι· ουτος δε ὁ Διονυσος, της παλιγγενεσιας ὑπαρχει παντος του αισθητου· & alio loco: Δια τι δε ὁ Σωκρατης παραιτειται ενθουσιαται και κατοχος γενεσθαι ταις Νυμφαις; η, ὁπερ ειπομεν, επειδη της γενεσεως προστατιδες εισιν αἱ Νυμφαι, αἱ μεν την αναλογιαν κινουσαι, αἱ δε την Φυσιν, αἱ δε τα σωματα επιτροπευουσαι, Νεανιδες (forte Ναϊαδες ſcripſit, vel ut cel. Ruhnkenius conjiciebat, Ωκεανιτιδες) δε τινες, και Ἁμαδρυαδες, και Ορεσιαδες καλουμεναι.

Ὁθεν και τας γαμουμενας &c.] Quæ proprie cauſſa fuerit, cur *nuptias* Græci νυμφας appellarent, varie diſputatur. Notum eſt, quæ Jamblichi fuerit ſententia, quam ipſe propoſuit in vita Pythagoræ. Ab eo diſcedit Noſter, & ſuo more allegorias captat. Vide corollarium Gesneri de repræſentatione animarum ſub imagine papilionis, quod diſſertationi Heracliticæ ſubjunxit. Sed difficile & moleſtum eſt contra id genus hominum diſputare.

Λουτροις καταχειν] v. Odyſſ. ψ'. 131. & interpretes Ep. ad Epheſ. Cap. 5. Inſigne eſt præter alia Grammatici Græci teſtimonium ad Tragici Phœniſſas v. 349. Ειωθασι γαρ οἱ παλαιοι απολουεσθαι επι τοις εγχωριοις ποταμοις και περιῤῥαινεσθαι· λαμβανοντες ὑδωρ των ποταμων και πηγων, συμβολικως ΠΑΙΔΟΠΟΙΙΑΝ ευχομεναι, επει ζωοποιον το ὑδωρ και γονιμον.

Κρηνων αεναων] Gloſſæ MSS. in Bibl. L. Bat. *Fugis aqua*, αεναον ὑδωρ. Virg. *flumen vivum, aqua pura, fluviatiles undæ*, &c. v. Macrob. Saturn. lib. 3. confer quæ ad Homeri locum diximus in priori parte Collectaneorum. Ejusdem notionis ſunt Comici νεφελαι αεναοι, & αεναον πυρ Callimachi, pro ασβεστῳ, Hymno in Apollinem.

Αλλα ψυχαις μεν &c.] Spectat huc Hermias Comment. MS. ad Philoſophi Phædrum: Ἡ γαρ αληθης πατρις των ψυχων ὁ νοητος εστι κοσμος· ουκ των ουν ενυλων και αντιτυπων ἡ μαθησις· ὁ δηλοι τα χωρια και τα δενδρα· Αλλ' εκ των λογικων και νοερων ψυχων· και εξ αυτου του νου.

Σκοτεινος ων Φυσει] Φυσιν (*naturam*) vocat communiore vocabulo, quod in ſuperioribus conſtanter ὑλην (*materiam*) appellaverat. Δια μεν ουν την ΓΑΗΝ, ajebat, ηεροειδης και σκοτεινος ὁ κοσμος. lisdem ut hic verbis: quibus ſimilia etiam loca plura. Clarius vero ex hac comparatione vocum apparet, quid per ὑλην Philoſophi proprie intellexerint.

Cap. XIII.

Πηγαιαι τε και Ναϊδες] Varia Nymphæ a *fontibus* ſpeciatim & *aquis* ſortitæ ſunt nomina. Sic Ναϊδες dictæ ſunt, vel Ναϊαδες, απο των ναματων, quod frequens. —— Tum πηγαιαι, απο των πηγων· quod licet rarius occurrat, invenitur tamen in Hymno ſacro Nymphis dicto. —— Porro κρηνιαδες in Theocriti Idyll. 1. ſed hunc dubium etiam nunc eſſe locum, e Scholiaſte adparet; imo incertum plane eſſe, docet Heinſius in Lectionibus Theocriteis. Suffici in ejus locum poteſt Moſchus Idyll. 3. Homero ſunt κρηναιαι Odyſſ. ρ'. quicum confer teſtimonium Schol. MS. ad Iliad. θ'. quod ſupra dedimus ad Cap. 8. —— Dein λιμναδες Theocriti Idyll. 5. ubi v. Schol. λιμναχιδες dictæ in Argonauticis Orphicis v. 644. —— Denique ποταμηϊδες Apollonii Rhodii L. III. 1218. —— quibus ejusdem Apollonii ἑλειονομους jungere poteris L. II. 823. ſed επεχω.

Τινα ουν ἡμιν διαφορα συμβολα] Quæſtionem hic invenit non Holſtenius ſolum, ſed & Gesnerus. At nihil impedit, quo minus directe accipias: *quædam autem diverſa ſymbola habemus* &c.

Συμβολα δη εσω ὑδριαδων Νυμφων οἱ λιθ. κρητ. και οἱ αμφ.] Faciunt huc imagines Nympharum in marmoribus apud Bern. de Montfaucon Antiquité Expliquée, aliosque in Diſſertatione Homerica indicatos.

Διονυσου μεν γαρ συμβολα ταυτα] v. Ill. Buonaroti Sopra un Camméo del Trionfo di Bacco p. 438. 439. pluresque alios: nam res nota eſt.

Παρα του Θεου δωρεαν της αμπελου] Hebræi dicunt פְּרִי הַגָּפֶן / *fructum vitis*. Scriptores N. T. id expreſſerunt per γεννημα της αμπελου· quod non debuiſſent antihebraiſtæ cum Græcorum καρπῳ αμπελου miſcere. v. Vorſtii Diſſert. SS. I. 7. & P. II. de Hebraismis N. T. —— Pro δωρεαν της αμπελου, alii δωρεαν του βακχου dixiſſent; quomodo in Oraculo apud Euſebium L. IV. Præp.

Χευε μελι Νυμφησι, Διωνυσοιο τε ΔΩΡΑ

Similiter Virg. Georg. l. 2.

. . . . . *atqui non Maſſica BACCHI MVNERA, non illis epulæ nocuere repoſtæ.*

Amant Græci has loquendi formas, ut notum ex uſu dictionum; δωρα εργανης δαιμονος, de *texturis*: δωρα της Ηρας, de *matrimonio*: δωρα του Φοιβου, *de facultate medica*; &c.

Cap. XIV.

Αντικρυς] Facit huc Columbi obſervatio ad Anon. de Ulyſſe p. 100. 101. „ vox αντικρυς adhibetur a Græcis ſcriptoribus, „ ubi quid prorſus ſimile illi, de quo agunt, „ appoſitumque videntur ſibi adtuliſſe. Porphyrius de antro Nympharum p. m. 259. „ ταδ' ἁλιπορφυρα φαρη αντικρυς &c. Vertit vir eruditiſſimus: *Et telæ purpureæ „ omnino erit caro ex ſanguine contexta.* „ Planius diceres, *Telis iſtis purpureis ſanguinea caro eſt ſimillima.* Ita Clementis „ illud Lib. VI. Stromat. Σολωνος δε ποιητου „ σαντος·

„ Τικτει γαρ κορος ὑβριν ὁτ' αν πολυς ολβος ἑπηται.

„ Αντικρυς ὁ Θεογνις γραφει· Τικτει &c. „ Neſcio an perperam vertatur: *Aperte „ ſcribit Theognis*, aut *ſimiliter plane.*" Hæc Columbus. Theodoretus de providentia Orat. I. εισι δε τινες, οἱ και Χριστιανων μεν προσηγοριαν εχουσιν, ΑΝΤΙΚΡΥΣ δε τοις της αληθειας δογμασι πολεμουσι. Interpres *palam* vertit: neque male. Forte tamen de hoc loco melius ageretur, ſi αντικρυ legeres, quod eſt *contra*, *e contrario*. v. Dionyſ. Alexandr. vs. 421. Periegeſeos, & inſignem Philonis Judæi locum libro de Cherubim Tom. I. p. 140. Mang. Accuratam utriusque vocabuli diſtinctionem dabit Ptolemæus Aſcalonita MS. περι διαφορας λεξεων· ubi ita: Αντικρυ μεν το επ' ευθειας· αντικρυς δε το διαρρηδην και φανερως και το επ' ευθειας τοπικον. Ejus verba tantum non κατα ῥησιν exſcripſit Ammonius, ubi obſervata laudatiſſimi Valckenaerii non omittes: plura DD. VV. ad Th. Magiſtr. v. απαντικρυς & cultiſſimus Pierſonus ad Herodiani Philæterum p. 462.

Και

Και χιτωνα γε το σωμα τη ψυχη, ὁ ημφιεσται] Sumta hæc omnia e philoſophia Platonis, quod cum egregie adſtruxiſſet V. C. Jo. Alberti Obſ. in N. T. p. 360. inepte cenſori Lipſienſi vapulavit: Tale Æneæ Gazæi, in Theophraſto p. 14. Αιγυπτιοις μεν δοκει την αυτην ψυχην, και ανθρωπον, και βουν . . . και ιχθυν, ΜΕΤΑΜΠΙΣΧΕΣΘΑΙ. Interpres docte & eleganter: *Ægyptii quidem ſtatuunt, prorſus eandem animam & hominem & bovem .... & piſcem INSTAR VESTIMENTI alicujus circum ſibi AMICIRI.* Talia etiam Plotini bene multa, variis Enneadum locis. Fluxit ex eo fonte D. Paulli, eruditi, ut ſcientibus facile apparet, viri locutio perelegans, ſed vulgo non ſatis intellecta: 2 Cor. V. 2. το οικητηριον ἡμων το εξ ουρανου ΕΠΕΝΔΥΣΑΣΘΑΙ επιποθουντες. Plerique pulcræ dictionis ignari *cœlum* hic intelligunt, ſed perperam. Non quia καταχρηστικον illud: *induere domum*, vel *domicilium*; Contrarium infra docebimus, ubi de ουρανῳ, Θεων πεπλῳ agetur. Sed admiſſa hac explicatione, minus congruit illud εξ ουρανου, imo abſonum plane. Deberet eſſe εν ουρανῳ, ut cum Chriſtus Dominus diceret: ΕΝ τῳ ΟΙΚΩι του πατρος μου πολλαι εισιν ὑπομοναι. Nunc cum εξ ουρανου dixerit, *corpus* intelligendum eſt *novum* & *cœleſte*, oppoſitum *terreſtri domicilio*, τῃ οικιᾳ επιγειῳ του σκηνους, de quo vs. 1. Unde nihil tamen Socinianis præſidii poteſt peti, licet hi male eo loco abutantur: quod non debuiſſet viros doctos ab vera explicatione deterrere. Grotius vero quid ad hunc locum dixerit, cur Socinianis mereatur adcenſeri, non video.

Ἡ Κορη, ἡπερ εστι παντος του σπειρομενου εΦορος] Orpheus, vel Onomacritus, Hymno in Proſerpinam:

Ειαρινη, λειμωνιασιν χαιρουσα πνοιῃσιν
Ἱερον εκΦαινουσα δεμας βλαστοις χροοκαρποις,
Αρπαγιμαια λεχη μετοπωρινα νυμΦευθεισα·
Ζωη και θανατος μουνη θνητοις πολυμοχθοις,
ΠερσεΦονεια· Φερεις γαρ αει και παντα Φονευεις·
Κλυθι μακαιρα θεα, καρπους δ' αναπεμπ' απογαιης.

Paria Noſter apud Euſeb. L. III. Præp. p. 109. ſqq. 113. 115.

Των παλαιων και τον ουρανον π. ειρ.] Parum abeſt, quin dicam Philoſophum Noſtrum, S. S. non expertem, eam & hoc loco reſpexiſſe. Quid enim opportunius, quæſo, his Pſalmi 104. de Deo: Αναβαλλομενος ΦΩΣ, ὡς ΙΜΑΤΙΟΝ· εκτεινων τον ΟΥΡΑΝΟΝ, ὡστει ΔΕΡΡΙΝ· ὁ στεγαζων εν ὑδατι τα ΥΠΕΡΩΙΑ αυτου, ὁ τιθεις ΝΕΦΗ την ΕΠΙΒΑΣΙΝ αυτου· v. Grot. ad Geneſ. I. 6. & dictum Pſalmi locum. Paullo aliter Dandamis, eadem tamen qua hic tranſlatione, vitam Bragmanum Alexandro enarrans, apud Palladium Libro de Brachmanibus, a Biſſæo edito: Κακους, inquit, ανθρωπους αποστρεφομαι· ΟΥΡΑΝΟΣ μοι ΣΤΕΓΗ, γη μοι παστα ΣΤΡΩΜΝΗ· ὑλαι (malim χλοα) τραπεζα, καρποι τρυΦης απολαυστις· &c. *Malos homines averſor: COELVM mihi TECTVM, univerſa terra STRATVM, ſylvæ* (vel *gramen*) *menſa, fruges deliciarum fruitio*: cet.

Και τον ουρανον ΠΕΠΛΟΝ ειρηκοτων, οἱον Θ. ουρ. ΠΕΡΙΒΛΗΜΑ] Videre obiter poteris Meurſ. ad Lycophr. vs. 863. ubi hæc citantur: &, quæ magis huc faciunt, mox diſputata de *Corpore*, animæ χιτωνι & *tunica*, e Platonicorum more, convenit etiam elegans ſed nonnihil καταχρηστικωτος locutio, ſive Luciani, ſive alius veteris Poëtæ, in Epigrammate Græco: ubi Priapus:

Και ΠΕΡΙΒΕΒΛΗΜΑΙ κρημνον βαθυν . . . ;

Grotius recte in eleganti verſione Tom. III. Opp. Luciani p. 685. ſed in notis, edita: *Ambior & foſſa* .... Non longe abit Homerus Il. γ'. ubi *lapidationis pœnam*, quæ Virgilio *mons lapidum*, λαϊνον χιτωνα appellat: v. illic Scholiaſtem, & confer Barneſii notam ad hunc Porphyrii locum, in variis lectionibus exhibitam & ſatis obſcuram. Nonno eſt πετρηεντι καταπτυπτειν χιτωνι, eadem in re: ſed inepto uſu. Neque enim καταπτυπτειν *veſti* proprium ſed περιβαλλειν, ut ex Homero patet. Obſervari autem hic meretur, quam eleganter veteres notione *veſtis* luſerint; Ut cum *tyrannidem* ſervare ενταΦιον de eo dicerent, qui *ad mortem usque illam retinet*. v. Tollium ad Longin. περι ὑψους p. 65. Olear. ad Philoſtr. p. 502. D'Orvill. ad Chariton. p. 421. & Cl. Weſſel. ad Diod. Tom. I. p. 412. Inde ſumta Ho-

Horatii locutio de Fortuna L. 3. Carm.

Laudo manentem. Si celeres quatit
Pennas; reſigno, quæ dedit: & mea
VIRTVTE me INVOLVO, probamque
Pauperiem ſine dote quæro.

Omnia ad exemplum Hebr. לבוש vel מלבוש formata: v. Job. XXIX. 14. Pſ. XXXV. 26. LXXIII. 6. XCIII. 1. CIV. 1. 2. & magnum Schultens. ad Jobi l. c.

Πεπλον] Sunt qui ad *mulieres* ſolas veſtis hoc genus referant, etiam inter veteres Pollux. Sed varia exſtant auctorum loca, ubi de *viris*: v. Cel. Weſſeling. ad Diod. Tom. I. p. 332. Hic neutra notione ſumitur: unde prudenter Schol. MS. Theocriti πεπλον ſimpliciter ενδυμα explicat ad Idyll. I.

Cap. XV.

Δηλοι δε το τιθαιβωσσειν] Scholiaſtes ad Homeri locum: Τιθαιβωσσουσι] αποτιθενται την βοσιν, ὁ εϛι το μελι· οἱον θησαυριζουσι τα κηρια, και νεοττοτροφουσι. Euſtathius: Τιθαιβωσσειν δε κυριως επι μελισσων, το αποτιθεναι βοσιν ἑαυταις. Tzetzes ad Lycophr. 622. Τιθαιβωσσοντος] επιμελειαν αξιωσαντος· Κυριως δε ἡ λεξις επι των μελισσων λεγεται, παρα το τιθεναι την βοσιν· junge Etymol. M. & Heſychium.

Βοσις δε και ΤΡΟΦΗ το μελι ταις μελισσαις] Similia Ariſtoteles: . . . τα δε καρποφαγα· τα δε ιδιοτροφα· οἱον το των ΜΕΛΙΤΤΩΝ γενος, και το των αραχνων· τα μεν γαρ ΜΕΛΙΤΙ και τισιν αλλοις ολιγοις των γλυκεων χρηται ΤΡΟΦΗι· τα δε &c. Lib. I. Hiſt. Anim. ineunte: Ælianus paullo aliter Lib. V. Αποχρη δε αρα σιτος αὐτη ειναι τα ανθη. *Satis illis eſt cibum habere e floribus.* Quinctilian. Declamat. XIII. Cap. 16. *Solæ omnium non edunt fœtus, ſed faciunt. Ipſæ paullatim ſicut ſtipatæ ſunt, per mella viviſcunt: &, ut oportet, animal laborioſum ex opere enaſcitur.*

Κεχρηνται δη τῳ μελιτι κ. τ. λ.] Lege obſervata Theologorum ad Eſaiæ VII. 15.

Δυναμεων] Clariſſime hinc adparet illa vocis ſignificatio quam ſupra illi adſignavimus ad cap. VII. omnium optime illi reſpondet vocabulum Belgarum latiſſimæ itidem notionis: **kracht en.**

Επει καθαρτικης ϛι δυναμεως, και συντηρητικης] Facit huc inprimis Plinius Lib. XXII. Cap. 24. & medicorum teſtimonia de uſu mellis frequentiſſima; omnia Quinctilianus congeſſit in eleganti apum encomio, quod Declam. XIII. continetur. Confer magnum Bochartum P. II. Hieroz. Lib. IV. cap. XI. XII. & VV. DD. ad I Sam. XIV.

Μελισσων, ἁς ΒΟΤΤΕΝΕΙΣ ειναι] Communis fuit hæc veterum opinio, *apes* e cadaveribus boum naſci; ſic infra: βουγενεις δε αἱ μελισσαι· και ψυχαι δ' εις γενεσιν ιουσαι βουγενεις· conf. Ælian. L. II. Hiſt. Anim. Varr. L. II. R. R. & Plin. L. XI. Ovid. Faſt. I.

Obrue mactati corpus tellure juvenci:
Quod petis a nobis obrutus ille dabit.
Juſſa facit paſtor: fervent examina putri
De bove; mille animas una necata dedit.

& Metam. XV.

Nonne vides, quæcumque mora fluidove calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti?
I, ſcrobe delecta (vel *depreſſa*) *mactatos obrue tauros;*
Cognita res uſu: DE putri VISCERE paſſim
Florilegæ NASCVNTVR APES, quæ more parentum
Rura colunt, operique favent, in ſpemque laborant.

Creditum fuit, teſtimonio Euſebii Chron. ad A. MCCL., Eumelum veterem Poëtam, & temporibus Homeri ſi non priorem ſaltem non poſteriorem, hac de re opus condidiſſe βουγονιας titulo. V. DD. VV. ad Phædr. L. IV. & Scalig. ad Euſeb. Sed doctiſſimus vir Schurzfleiſchius in Stricturis ad Euſebii chronicon, quæ fratris ejus Notitiæ Bibliothecæ Vinarienſis ſubjunctæ ſunt, pro βουγονιᾳ Θεογονιαν ſubſtituit, conjectura ſatis veroſimili. —— Quidquid ſit, perſuaſio illa de βουγονιᾳ apum vel βουγενογονιᾳ (ut Schurzfleiſchius volebat: quod dubito tamen an ſatis Græcum ſit;) effecit apud Græcos, ut βουγενεων nomen illis conſtanter adſignaretur.

Bi-

Bianor, vetus Poëta:

Φευ βρεφος ὡς αδικως εἰλετε, ΒΟΤΓΕΝΕΕΣ.

Philetas apud Antigon. Caryſt.

ΒΟΤΓΕΝΕΑΣ φαμενος προσεβησατο μακρα ΜΕΛΙΣΣΑΣ.

Callimachus apud Heſych.

Ἄρμενα παρ Δανάου γης επι ΒΟΤΓΕΝΕΩΝ.

Meleager Idyllio in ver:

Εργα δε τευχηεντα ΒΟΗΓΕΝΕΕΣΣΙ ΜΕΛΙΣΣΑΙΣ
Καλα μελη κ. τ. λ.

Strato Antholog. MS. L. Bat.

ΒΟΤΠΟΙΗΤΕ ΜΕΛΙΣΣΑ ποθεν μελι τ'ουμον ιδουσα
Παιδος εΦ' ὑαλεην οψιν ὑπερπετασαι;
Ου παυση βομβευσα και ανθολογοισι θελουσα
Ποσσιν εΦαψασθαι χρωτος ακηρατατου;
Ερρ' επι σους μελι παιδας οποιποτε, δραπετι σιμβλοις,
Μη σε δακω, κἠγω κεντρον ερωτος εχω.

Imo ſunt qui huc trahunt, *apis* nomen antiquiſſima Ægyptiorum & Etruſcorum lingua *taurum* ſignificaſſe. v. F. Marianum de Etruria metropoli p. 182. —— Cæterum vera ne ſit an falſa hæc perſuaſio, tanto conſenſu olim recepta, nunc non diſputabo. Id operæ erit obſervaſſe, in hiſtoria Samſonis, nihil eſſe unde jure concludas, poſſe apes e cadavere bovis naſci. Sacer enim ſcriptor Judic. 14. nihil aliud teſtatur, quam proſtrato occiſoque leone heroem paucis poſt diebus veniſſe ibique tum examen apum inveniſſe, quæ in aperta animalis gula mel ſuum depoſuerant. Et quæ magni viri, Voſſius in Theol. Gentili & Bochartus in Hierozoïco, ea de re diſputarunt, ſufficiunt ad ineptas impiorum difficultates plane diſſipandas.

Τοις τα λεοντικα μυουμενοις] v. Martin Explic. de divers Monumens p. 272. 273. & Præſul Adrienſis in Monumentis veteris Antii p. 202. ſqq. Inter Chriſtianos ſimiles olim purgationes inſtituebantur per uſum mellis ad regenerationem quæ in Sacris fit deſignandam. vide Jo. Diaconi epiſtolam apud Mabillon. T. I. Muſei Italici, & Cotelerii not. ad Ep. Barnabæ. Originem earum a purgationibus gentilium derivat Dodwellus Separation of churches p. 336. quem vide. Cæterum de variis purgationum ſacrarum generibus docte diſputat Ism. Bullialdus ad Theonis Mathematica p. 215. ſqq.

Απο παντος λυπηρου, και βλαπτικου, και μυταρου] Accurate hæc obſervari merentur ab auctore diſtincta. Holſtenius negligenter *ab omni malo noxioque ſcelere* vertit; debuiſſet: *ab omni (pollutione) quæ triſtis; nociva, aut fœda ſit.* Reſpicitur ad *funus in familia* vel *cadaveris tactum:* ad *cædem:* & ad *pollutionem veneream*; quorum omnium inmunis eſſe debuit, qui ad ſacra admitteretur. Diſtinctum ab his inſuper eſt το ἀμαρτωλον, quod ad *linguam* ſolam ſpectat.

Cap. XVI.

Το νεκταρ το μελι . . . εκδεχεσθαι] Eurip. in Bacchis v. 142.

Ῥει δε γαλακτι πεδον
Ῥει δ'οινῳ, ῥει δε ΜΕΛΙΣΣΑΝ
ΝΕΚΤΑΡΙ . . .

Epigramma Antholog. MS.

Σμηνεος εκ με ταμων, γλυκερων θερος αμφινομιων
Γηραιος Κλειτων σπεισε μελισσοπονος·
Αμβροσιων εαρος κηρων μελι πολλον αμελξας,
Δωρον απημαντου τηλοπετευς αγελης
Θειης εσμοτοκον τοκον απλετον, ευ δε μελιχρου
ΝΕΚΤΑΡΟΣ εμπλησαις κηροπαγεις θαλαμαι.

Virg. Æn. I.

Qualis apes æſtate nova per florea rura
Exercet ſub ſole labor; cum gentis adultos
Educunt flores, aut cum liquentia mella
Stipant & dulci diſtendunt NECTARE cellas.

Statius l. 3. Sylv.

Duc & ad Æmathios manes, ubi belliger orbis
Conditor HYBLÆO perfuſus NECTARE durat.

Ἡν κατα ῥινων ϛαζει ὁ ποιητης] Locus eſt Iliad. τ'.

Πατροκλῳ δ'αυτ' AMBPOΣIHN και NEKTAP ερυθρον
ΣTAZE KATA 'PINΩN, ἱνα οἱ χρως εμπεδος ειη.

Sed quia data eſt opportunitas, diſputemus de conditura cadaverum apud Ægyptios; nam & hos mel & aromata mortuis per nares inſtillaſſe, communis eſt opinio. Vide loca, quæ citavi in Diatr. de Cepotaphiis p. 41. 184. & præf. p. v. Primus & princeps opinionis auctor eſt Herodotus, qui lib. 2. diſerte teſtatur, ὁτι πρωτα μεν σκολιῳ σιδηρῳ δια των MTΞΩTHPΩN εξαγουσι τον εγκεφαλον, τα μεν αυτου οὐτω εξαγοντες, τα δε φαρμακα εγχεοντες. At refragatur huic narrationi recentiorum temporum experientia: Speciatim And. Gryphii, qui accuratiſſime Mumias iſtas, quæ vocantur, Ægyptias examinavit. Argumentum rei exſtat in ejus Mumiis Wratiſlavienſibus, libello hodie rariore & Wratiſlaviæ A. 1662. edito p. 45. ubi deſcribendo ejusmodi cadavere inuncto occupatus, „ Tum verſi", inquit, „ ad caput, vacuum illud omni „ cerebro ſpectavimus: ſed quod non per „ nares, ut olim credebatur, ſed per fo„ ramen prope atlantem vertebram maxi„ mum expurgaverant." Antea dixerat p. 12. „ Cerebrum enim per anguſtos narium „ meatus quî ferro Herodotus educat, „ fateor haud me capere: ex quo oſſium „ frontisque compagem habui perſpectam: „ poſtquam noſcere licuit vix quid mage in„ tegrum illa faciei parte in hujuscemodi „ cadavere reperiri, etiamſi interiora cra„ nii ſcruteris." Hæc ille αυτοπτης & diligens, ut dixi, horum cadaverum examinator. Neque injuria proin Con. Middletonus de hujusmodi extractione cerebri per nares dubitavit in Monum. Antiq. Tab. xxii. p. 261. Quem aliæ tamen cauſſæ eo perduxerunt. Ut difficultas, quæ hic oritur, e medio tollatur & Herodoti auctoritatem ſartam tectam habeamus, in genere dici poteſt, „ Mumias, quæ in no„ ſtram ætatem perſeverant, plerasque „ omnes Herodoto longe poſteriores vide„ ri." quæ verba ſunt præceptoris mei, P. Weſſelingii, ad citatum auctoris locum. Imo valde eſt veroſimile, modum ταριχευσεως pro ratione vel ætatis, vel medicorum a quibus ea adminiſtrabatur, diverſam fuiſſe. Alios aromata per nares infudiſſe, ut Herodotus teſtatur; alios per foramen quod prope atlantem vertebram terebraverant, ſecundum Gryphium; rurſus alios caput a corpore abſcidiſſe, dein iterum impoſuiſſe, quæ Middletoni eſt obſervatio; &c. Maxime cum adſint exempla Mumiarum, quibus cerebrum per nares extractum fuiſſe, clare adparuit. Argumentum rei habet periegeta doctiſſimus Th. Shaw Voyage de la Paleſtine, Syrie, Egypte &c. T. II. p. 161. verſionis Gallicæ, ubi in hunc modum ſcribit: *En examinant deux de ces Momies, & défaiſant leur bandages, je trouvai que le* ſeptum medium *du nez, ou l'os qui ſépare les deux narines avoit été enlevé a l'une auſſi bien qu'a l'autre* &c. & in nota ad h.l. *Aparemment que le* ſeptum medium *avoit été enlevé pour pouvoir tirer plus aiſément parlà la cervelle, & introduire a ſa place la matière rèſineuſe, qu'on y trouve* &c.

Διο και φησι που, νεκταρ ερυθρον] Odyſſ. ε'.

. . . . κερασσε δε NEKTAP EPTΘPON·

Homeridæ hymno in Venerem:

Χρυσεου εκ κρατηρος αφυσσων NEKTAP EPTΘPON.

Latinis eſt *roſcidum mel:* Virg.

Et duræ quercus ſudabunt ROSCIDA MELLA.

Hinc μελιχροος, de *ſubfuſco.* Lucretius l. iv.

Nigra, μελιχροος eſt; inmunda & fœtida, ακοσμος.

Stra-

Strato in Antholog. MS. Bibl. L. Bat.

Ην εσιδω τινα λευκον, απολλυμαι· ην δε ΜΕΛΙΧΡΟΤΝ,
Καιομαι· ην ξανθον, ευθυς ὁλος λελυμαι·

Παρα δε τῳ Ορφει &c.] Hæc & quæ ſequuntur omnia, Latine expreſſa, pro more ſuæ ætatis, exſcripſit Junius lib. 2. Animadverſ. 12. nulla Porphyrii facta mentione;

Και παρα Πλατωνι ὁ Πορος] Locus eſt in Sympoſio Tom. III. p. 203. B. Steph. junge Plutarchum de Iſide & Oſiride p. 374. & Themiſt. Orat. XIII. Plura Daviſ. ad Max. Tyr. Diſſ. 10. D. Heinſius fabulam Pori & Peniæ carmine expreſſit in Monobiblo Eleg. XI. Hinc reſtituendus Noſtri locus, qui huc usque editores torſit de Abſt. Anim. III. p. 139. και ενδεης παντων, ſic legitur, ἑως ου προς τον ΚΟΡΟΝ ου βλεπει, κ. τ. λ. J. Valentinus προς τον νουν legebat, ſed procul dubio male divinavit. Cel. Ruhnkenius monuit, Πορον ſubſtituendum eſſe, neque video quid ingenioſæ ejus conjecturæ obmoveri poſſit. Cæterum Πορος ſcribi debet per ο, ne cum Πωρῳ miſceatur Indorum Rege, quem Alexander debellavit. v. Daviſ. ad M. Tyr. Diſſ. VIII.

Παρ' Ορφει] v. Orphei Fragm. XLIX. p. 403. ed. novæ.

Ὑποτιθεμενη] Noctem Jovi conſiliariam e Fragm. Orphico x. apud Proclum in Timæum p. 63. recte obſervat J. M. Gesnerus ad Orphica p. 403. conf. eund. ad Hymn. VIII. p. 196.

Ὁ και πασχει ὁ Κρονος] v. Platonem in Eutyphrone, poſt initium, Apollod. L. I. Biblioth. ineunte, & fragmentum Porphyrii e Libro περι αγαλματων, quod Stobæus ανονυμως dedit in cap. I. Eclog. Phyſic. ſed poſtea auctori ſuo vindicatum a Th. Galeo ad cap. 2. Phurnuti de Natura Deorum.

Αποσπερματιζειν τε δυναμεις] Incredibile eſt, qua ratione tam abſurda opinio tam diu invaleſcere potuerit. Lege e medio ævo Pſellum de Operatione Dæmonum, qui copioſe: & de noſtra ætate, J. H. Pottii Specimen Juridicum de nefando Lamiarum cum diabolo coitu, quod habeo Jenæ A. 1689. editum & hodie perraro obvium; unde adtonito adparebit, quanta eo adhuc tempore hominum fuerit credulitas & ſtulta ſuperſtitio.

Τον ουρανον εκτεμνει ὁ Κρονος] v. Apollod. l. c. Perſtrinxit turpem hanc fabulam non Lucianus ſolum in Philopſeude, ſed & Plato lib. 2. de Rep. qui legi merentur.

Cap. XVII.

Και επι ΦΤΣΙΚΗΣ σηπεδονος] Facile adparet, depravatum eſſe hunc locum. At cum medicinam non invenirem, in Var. Lect. ad h. l. aliorum ingenio eum commendavi. Neque fefellit me exſpectatio mea: impreſſis enim Variis Lectionibus, Cel. Ruhnkenius, quicum folia quædam editionis meæ communicaveram, pro eo quo eſt acumine veram auctori lectionem facile reſtituit: ſcribit autem levi mutatione: και επι ΦΤΛΑΚΗΣ ΤΗΣ σηπεδονος, και επι ἡδονης ΤΗΣ εις γενεσιν κ. τ. λ. Ita paullo ante: το ΦΤΛΑΚΤΙΚΟΝ του μελιτος εν συμβολῳ τιθενται· Reſtitutio talis eſt, ut a nemine poſſit in dubium vocari. —— Cæterum poſtea vidi, eandem conjecturam ſub idem tempus præſtantiſſimo juveni, Jo. Luzac, in mentem veniſſe: qui paullo poſt conjecturas ſuas in Porphyrium mecum communicabat.

Ἡδονης εις γενεσιν καταγωγης] Male meo arbitrio de Porphyrio mereretur, qui hic καταγωγουσης, aut ſimile quid intruderet. Adpoſitio eſt Græcis non infrequens, etſi durior aliquantulum, quam quæ optimis teruntur. Plures collegit Dan. Vechnerus in utiliſſima Hellenolexia. —— Cæterum forte & hic valere poſſet eorum obſervatio, qui plerasque illarum adpoſitionum origine ſua adjectiva fuiſſe docent. Sic exſtitiſſe olim æque καταγωγος, η, ον· ac καταγωγη· æque παραγωγος, η, ον· ac παραγωγη· Similiter, μεταγωγος, προαγωγος, &c. quorum nonnulla etiam apud auctores durant veſtigia.

Οικειον συμβολον και νυμφαις] Spectat huc, quod in Oraculo Apollinis apud Euſeb. L. IV. Præp.

Χευε ΜΕΛΙ ΝΤΜΦΗΣΙ, Διωνυσοιο τε δωρα·
Fundito mel Nymphis, & munera dulcia Bacchi.

v. Differt. Homer. cap. 2.

Καθως παρα τω Μιθρᾳ ὁ κρατηρ] v. Martin Explication de divers monumens p. 272.

Cap. XVIII.

Νυμφαις ταις ψυχαις, ἁς ιδιως οἱ παλαιοι μελισσας εκαλουν] Meurſius ad Lycophr. 293. Quintiliani locum huc trahit, ſed is prorſus abs re eſt & male a Meurſio fuit intellectus.

Βομβει] Proprium hoc apibus, ονομα τοπεποιημενον, ut ajunt, vocabulum. Apollon. Rhod. L. II.

Ὡς δε μελισσαων σμηνος μεγα μηλοβοτηρες
Ηε μελισσοκομοι πατρῃ ενι καπνιοωδη,
Αἱ δητοι τειως μεν αολλεες ᾠ ενι σιμβλῳ
BOMBHΔON κλονεονται, επιπρο δε λιγνυοεντι
Καπνῳ τρυφομεναι . . . .

Ad quæ verba egregia ſunt ſcholia. Theocritus Idyll. I.

. . . . . τηνει δρυες, ὧδε κυπειρος
Ὧδε καλον BOMBETNTI ποτι σμαινεσσι μελισσαι.

Quæ κατα ῥησιν repetuntur Idyll. 5. Varroni eſt *bombum facere* L. 3. R. R. alia dedimus in Obſerv. Miſcell. cap. 2. —— Cæterum notari meretur Græcorum uſus, qui βομβου ſonum etiam αυλοις adſcribunt, ut Achill. Tat. L. I. p. 29. βομβος αυλων, δικλιδων κτυπος· aliiqua: Unde neſcio tamen, an excuſari poſſit Poëta e recentioribus, quem memini *bombum* fiſtulæ adſcripſiſſe; videant rei veterum muſicæ amatores.

Το νεκρων σμηνος] Similiter Euripides apud Stobæum homines apibus confert ſerm. CLVIII. Αλλ' ἡμεις, inquiens, ὡσπερ μυρμηκες η ΜΕΛΙΤΤΑΙ, μυρμηκιας μιας η κυψελης εκπεσοντες, αδημονουμεν και ξενοπαθουμεν &c. Quintilian. Declamat. XIII. *Nam quid apibus natura præſtantius invenit? Parcæ, fideles, laborioſæ. O animal ſimile pauperibus!* & poſtea. *Qua ſatis digna has proſequar laude? Dicam animal quodammodo parvum bominis exemplar.*

Και τας Δημητρος &c.] Hæc, & quæ de Proſerpina mox addit noſter, egregie illuſtrat Schol. Theocr. Idyll. XV. Μελιτωδες] Αντι του, μηδεις γενοιτο, ω Περσεφονη, αλλος ἡμων κυριος· μελιτωδες δε την Περσεφονην φησι κατ' αντιφρασιν ὡς και Κορην· δια το τας ἑταιρας (forte ἱερσιας, ut Faber conjicit ad Callim. H. in Apoll.) και της Δημητρος ΜΕΛΙΣΣΑΣ λεγεσθαι· junge Schol. ad Eurip. Hippol. vs. 17. Similiter etiam Pythica Sacerdos apud Pindar. Pythion. Od. 4. μελισσα ΔελΦις dicitur: haud dubie ob caſtitatem; Caſtiſſimæ enim ſunt apes, ut ab Æliano & Ariſtotele ſatis inculcatum; v. Schol. ad citatum Pindari locum, qui egregius eſt. Plura magni viri Jo. Meurſ. in Eleuſiniis, & Spanhem. ad Callimach. H. in Apoll. & Lavacr. Pallad. Nec defuere inter veteres feminæ, quibus proprium hoc & quaſi gentile nomen fuit: aliquot earum dabit Gale ad Scriptt. Hiſt. Poëticæ p. 3. 33.

Σεληνην δε ουσαν γενεσεως προσατιδα] v. Martin Explication de divers monumens p. 125. Operæ pretium erit ad hæc & ſequentia recte intelligenda locum Hermiæ adſcribere Comment. MS. in Platonis Phædrum: Αποβαλλουσι δε οἱ Θεολογοι ὡς ειπον κατα τας ιδιοτητας και οικειοτητας των Θεων αλλοις αλλους ἱππους, οικειως ἑκαστῳ Θεων αριθμον τινα προσΦεροντες· Ὁρας δε ὁτι επι τεθριππου ποιουσι τον ἡλιον Φερομενον, αλλον δε αλλου αριθμον· οικειως μεν και του μιν ἡλιον επι ἱππων ποιουσι, το κινητικον αυτου πασης της ὑποβεβλημενης Φυσεως σημαινοντες· την δε σεληνην, επι ταυρων· δια το προσατιν ειναι της γενεσεως, και προσεχως εξ αυτης εξηΦθαι την γενεσιν· Γενεσεως γαρ συμβολον ὁ ταυρος· οὐς δε πτερωτους, ὡς ερωτα, νικην, ἑρμην· την αναγωγον αυτων δυναμιν σημαινοντες, ὁπερ ειπον· &c.

Μελισσων εκαλουν] Exemplum hujus rei ex aliis etiam nunc deſidero; facile tamen & hoc e ſupra dictis poteſt deduci.

Αλλα . . . . . ταυρον μ. σελ. . . . . ὑψ. ὁ ταυρος· βουγενεις &c.) Adparet ex hoc uno ſpecimine ratio philoſophandi, quam Porphyrius noſter & reliqui hujus farinæ Platonici ſectabantur. Dicas juraſſe in iſtam ſententiam: quæ conveniunt in uno tertio, conveniunt inter ſe. —— Quod ſuccedit, βουγενεις δε αἱ ψυχαι, &c. quomodo cohæreat, vel quo nitatur fundamento, non perſpicio.

Και βουκλοπος θεος] Mithram puta, quem ge-

generationi, præſidem infra teſtabitur. Et is βουκλοπος Commodiano aliisque auctoribus. v. Turre de Mithra cap. 3. Martin p. 244.

Τοις χθονιοις] Luculentiſſimum rei exemplum eſt in Theophylacto Simocatta Ep. 2. ου γαρ ταις ΣΙΜΒΛΩΝ αυτον απαρχαις ετιμησαμεν. Amiſiſſe ſe ait ducem gregis arietem, cauſſamque inde repetit, quod Pana primitiis *alvearium* non honoraverit. —— Cæterum potuiſſet & ὑποχθονιοις ſcribere, *Diis manibus*: nam & his mel ſacrificabatur; v. Iphigen. in Tauris v. 165. 633. ſq. & in evocatione mortuorum ψυχαγωγοι mel libabant: v. Niceph. ad Syneſ. p. 412. —— In Ægypto olim tritus fuit mellis in ſacrificiis uſus, cui Deus præceptum ſuum oppoſuit Levit. cap. 2. lege cel. Michaëlis Diſſert. de legibus Moſis, Palæſtinam populo Dei caram facturis.

Δια δε πικριας αναβιωσκεσθαι] De uſu fellis in medicina operoſe Macer Lib. IV. Materiæ Medicæ cap. 12. & veterum plures.

Ὁτι ὁ μεν θανατος λυσιπονος] Cum Philoſophi ex antiquis tantum non omnes corpus conſiderarent, ut carcerem animi, cui incluſus tanquam vinculis cupide evolaret: non dubitarunt adfirmare, Stoici in primis, mortem vita eſſe potiorem, liberarique e cuſtodia corporis animam debere, quam primum commoda ſe occaſio obtulerit. Hinc ſolemnis illa de θανατῳ λυσιπονῳ & πολυθρυλλητος ſententia: v. Æn. Gazæi Theophraſtum p. 26. Stobæum ſerm. CCLXXIV. p. 882. & quæ DD. VV. ad Salluſt. B. Catil. 51. & Pythag. Aur. Carm. copioſe diſputarunt. *Illa quæ nobis inferos faciunt terribiles*, ait Seneca conſolatione ad Marciam, *fabula eſt: mors omnium dolorum ſolutio & finis.* Ovidius in Triſtibus:

Una tamen ſpes eſt, quæ me ſolatur in iſtis,
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

Hinc mortem κερδος, *lucrum*, appellabant: ut ex iis patet, quæ Docti Viri ad Philipp. I. 21., Morus præſertim, larga manu cumularunt; etiam λιμενα, quaſi *portum refugiumque malis* dixeris, in Longino περι ὑψους Sect. IX. ubi Tollium vide. Similiter Artemidorus Lib. V. Oneirocrit. cap. XXXI. το δε καλον παιδριον ην ὁ θανατος, ὁς τις αἱρετοτερος ην, δια το απονου του νοσωδους και ταλαιπωρου βιου. *Pulcer autem puer (quem mulier in ſomno viſa ſibi fuerat periſſe) mors ipſa erat, quæ amabilior erat & præeligenda, propterea quod morbos & ærumnas vitæ aufert.* Hinc imploratio mortis in Epigrammate vetuſto e lapide, quem Romæ olim viſum & forte ineditum e Collectaneis MSS. J. Scaligeri Bibl. LBat. deſcripſi:

ΗΛΘΕΣ. ΕΜΟΙ. ΖΩΗΣ. ΓΑΤΚΕΡΩΤΕΡΕ.
ὋΣ. Μ'. ΑΠΕΛΤΣΑΣ
ΝΟΤΣΩΝ. ΚΑΙ. ΚΑΜΑΤΩΝ. ΚΑΙ. ΜΟΓΕΡΑΣ. ΠΟΔΑΓΡΑΣ.
ΑΥΡΗΛ. ΑΜΦΙΚΤΥΩΝ. ΕΤΟΣ. ΑΓΩΝ. Ω.

& ſententia marmoris Latini apud Ferretium Muſ. Lapidar. p. 187.

VITA. BREVIS. LONGO. MELIOR.
MORTALIBVS. AEVO.

Δειλως omnia, και δυσυχως! ut ab illis veniens, qui, ut Apoſtolus ait, ελπιδα ουκ ειχον, και αθεοι ην εν τῳ κοσμῳ, *qui neque ſpem habebant, neque TVTOREM DEVM.* Ita enim vertendus hic locus, quod obiter moneo. —— Sed cautius alii inter ipſos gentiles hæc imprudenter dicta improbarunt. Sic Lucianus, Moro laudatus, etſi equidem locum hunc in Operibus ejus legere non memini, ουδενι inquit το αποθανειν κερδος. Unde celebre Mecænatis votum, quod Seneca non male turpiſſimum vocat:

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa:
Tuber adſtrue gibberum,
Lubricos quate dentes:
Vita dum ſupereſt, bene eſt:
Hinc mihi, vel acuta
Si ſedeam cruce, ſuſtina.

Similis eſt Tragici ſententia ex Iphigenia, in ſermone Stobæi CCLXXIII. p. 881.

. . . μαινεται, ὁς ευχεται
Θανειν· κακως ζην κρεισσον, ἡ θανειν καλως.

Quorum etiam poſtrema nimia ſunt; meliora ibid. p. 889. 16. 29. 890. 8. &c. conf. Plutarch. de aud. poëtis cap. 5.

Ἡδ' ἐνταυθα ζωη, κ. λ.] Oportet homines, qui ita cenſuerint, ex eorum fuiſſe gente, quæ, ut Diodorus narrat, naſcentem lacrymis, defunctum gaudio proſequebatur. Alioquin vita nihil carius ac jucundius: pro qua quidquid habeas, lubenter dederis. Sed ſunt hæ rationes nugatoriæ & ingenio Philoſophi noſtri mire propriæ.

Cap. XIX.

Ουχ ἁπλως μεντοι κ. τ. λ.] v. Gesneri Corollarium Diſſertationis Heracliticæ p. 150.

Το γαρ ζωον φιλοσοφον &c.] In laudes apum, præter Ariſtotelem & Ælianum, excurrit Quinctilianus Declamat. XIII. quæ meretur legi.

Νηφαλιοι σπονδαι, αἱ δια μελιτος] Facit huc illa νηφαλιων σπονδων definitio, quam in lib. 2. de Abſt. noſter exhibet: Τα μεν αρχαια, inquiens, των ἱερων νηφαλια παρα πολλοις ην· νηφαλια δ'ἐστι τα ὑδροσπονδα, τα δε μετα ταυτα ΜΕΛΙΣΠΟΝΔΑ· . . . . εἰτ' ελαιοσπονδα, τελος δ'επι πασι τα ὑστερον γεγονοτα οινοσπονδα. Conf. Suid. & Schol. ad Sophocl. Oed. Colon. v. 101. Mentio eorum occurrit etiam in Plutarcho T. II. p. 132. Pauſan. Eliac. l. 15. lege Hemſterhuſ. ad Callimachi fragm. CXXIII.

Κυαμοις, οὐς ελαμβανον &c.] De κυαμοις Pythagoræ multi multa: omnia abſolvit auctor peculiaris diatribæ, quæ Miſcell. Obſerv. Amſt. vol. 6. inſerta legitur. Pauca liceat nobis obſervare de cauſſis, cur Pythagoras eſum fabarum prohibere inſtituerit. —— Non opus erit longa diſputatione ad inepta Porphyrii ſomnia rejicienda, licet aliorum ſuffragiis probata. Auctor ſectæ Italicæ ad ejusmodi nugas non delapſus eſt. —— Neque Nonni ſubtilitates adoptamus, qui in Collectaneis ad Steliteuticam primam, cura Savilii editis, morem in Areopago receptum cauſſatur: ac ſi fabæ ſiniſtri eſſent ominis, quodniam ab Athenienſibus ad ſuffragia adhibebantur. —— Dignior eſt Had. Beverlandi obſervatio, quam hic memoremus; ut quæ parum cognita ſit, neque adhuc, quod ſcio, evulgata. Explicuit eam auctor in Otiis Oxonienſibus MSS., Opuſculo critico & eleganter ſcripto, cujus paſſim exſtant in Bibliothecis præſertim per Germaniam & Angliam apographa: vide Schelhorn. Commerc. Ep. Uffenb. P. II. p. 452. ſq. Αυτογραφον LBat. inveni in faſciculo, quod Collectanea continet ad ampliſſimum de Proſtibulis veterum quem meditabatur commentarium, omnia manu ipſius Beverlandi ſcripta & multa eruditione referta: inventum cum varia continere comperiſſem luce digniſſima & quæ alibi fruſtra quæras, licet indigeſtum ſit opuſculum & in modum adverſariorum ſolum compoſitum, avide mihi deſcripſi. Operæ erit integrum cap. 17. quod de abſtinentia fabarum agit, hic evulgaſſe. „ Non adeo obſcura eſt disqui„ ſitio, quare Pythagorei abſtinuerint a „ κυαμοις. A. Gellius cum in Ariſtoxeno „ legerat, Pythagoram ediſſe fabas, ex „ Empedocle atque Zareta κυαμους interpretatur teſtes. Id eſt, ut parcant uti „ læva pellice. Rectius Acron ipſum ſuſpicatur fuiſſe fabarum legumen, quia in „ pyxide conſervatæ ærea ſanguineum induunt colorem. Memphitici vates, Gymnoſophiſtæ ac Pythagorei non ſolum ab „ omni abſtinuere carne, ſed & quascunque, quæ ſanguineo imbutæ erant colore, exoſas habuere herbas. Quales ſub „ iſto ſole erant braſſicæ, betæ atque fabæ. Bragmanos & hodie rubentia aver„ ſari deteſtarique arbuta ex Luſitanorum „ conſtat Diariis." Hæc Beverlandus, Acronem ſecutus, Horatii Scholiaſten ad lib. 2. Sat. 6. ſubtilius tamen, ſi dixerim quod ſentio, quam verius. —— Equidem omnium lubentiſſime in ſententiam celeberrimi apud Florentinos medici Ant. Cocchi concederem, qui in Diſſ. ſur le Regime de Vivre Pythagoricien, Florentiæ ante hos XXII. annos prælecta, & dein Genevæ Gallice verſa, Pythagoram putat eſum fabarum ſanitatis cauſſa non prohibuiſſe, ut carnium fecerat: Sed vetus hoc fuiſſe placitum, inprimis apud Ægyptios, quod inter opiniones ſuas callide adſcivit, ut receptis quorundam moribus ſe accommodaret, auctoritatem inde philoſophiæ ſuæ conciliaturus. Adſcribam verba ejus, quia

quia libellus non in omnium manibus eſt. Sic ait p. 39. ed. Genev. „ Il eſt vrai, que „ certaines abſtinences particuliéres ſemblables a celles de Pythagore ont été anciennement en uſage parmi pluſieurs nations, & ſur tout chez les Egyptiens, „ desquels il eſt aſſez probable, que ce Philoſophe en prit la premiére idée, car on „ s'aperçoit, qu'il ſe plaiſoit a mêler dans „ ſes maniéres & dans ſes façons de penſer „ pluſieurs ſentimens de cette nation myſterieuſe, mais ſavante. Une de ces „ abſtinences, qui s'obſervoit rigoureuſement dans toute l'Egypte, étoit celle „ des fêves, comme l'obſerve Herodote „ (Liv. 2.) & elle s'établit chez les Grecs „ & les Romains, particuliérement parmi „ les Prêtres de Jupiter, de Céres, & „ de quelques autres de leurs Divinités „ (Pauſan. Liv. VIII. 15. Porphire de l'abſtinence Liv. IV. Gell. x. 15. Feſt. v. *fabam* &c.) Mais quelle que fut l'occaſion pour laquelle Pythagore penſa a „ propoſer l'abſtinence des fêves, on voit „ par la lecture de tous les anciens que ſa „ défenſe étoit allegorique, & qu'on cherchoit inutilement a en découvrir le ſens „ literal, puisque ceux qui le ſavoient le „ cachérent avec ſoin. Il paroit d'ailleurs „ que Pythagore ne ſe faiſoit pas ſcrupule „ de manger lui-même des fêves, &c." Junge la vie de Pythagore par M. Dacier p. CXI. CXII. Cæterum veroſimile eſt, vel ipſum Philoſophum, ut genio ætatis ſuæ indulgeret, vel quod potius dixerim, ſectatores ejus lapſu temporis rationes myſticas excogitaſſe hujus abſtinentiæ; atque ſic Beverlandi obſervatio uſu poteſt venire, de colore fabarum, quæ ut reliquis minus inſulſa ita probabilior habenda eſt. Et forte veram, quam initiati cauſſabantur rationem, nondum novimus: Cum nihil antiquius haberent veri Pythagorei quam ut myſteria ſectæ ſuæ caute celarent, adeo ut Timycha Pythagorea dentibus ſibi linguam præciderit, quo minus veras eorum cauſſas ſciſcitanti Dionyſio prodere cogeretur, ut apud Jamblichum legimus.

Cap. XX.

Σπηλαια τοινυν και αντρα &c.] v. ſupra cap. VI. & de Antro Curetum in inſula Creta Holſten. ad Noſtri Vit. Pythag. & Marsham. Can. Chron.

Ουτε ει καταβαται] Sophiſtica eſt hæc captiuncula: ſtatim enim atque αθανατων οδον Poëta nominat, ſua ſponte intelligitur, καταβατην αθανατοις illum fuiſſe, h. e. fluvium per auſtralem potram & fluvii præſides Nymphas, αθανατους, exiiſſe, ut in Diſſertatione dictum.

Cap. XXI.

Νουμηνιος] Fuit hic celeberrimus e Pythagoreis Philoſophus, Apamëenſis, ſed incertæ ætatis. Varia ejus fragmenta exſtant in Euſebii præparatione, Origene contra Celſum, Ænea Gazæo, & operibus Platonicorum, Procli præſertim & Porphyrii. De eo Valeſ. ad Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 6. Meurſ. ad Heſych. Mileſ. Jonſ. de Script. H. Philoſ. & Fabric. in Biblioth. Quantum verſatus fuerit in libris SS. ſupra diximus ad cap. 10. Cæterum oblivíſci non debeo, in Bibl. LBat. inter Adverſaria Iſ. Voſſii exſtare Catalogum MS. ex Hiſpania ad Voſſium tramiſſum, quo MSS. Codd. recenſentur Bibliothecæ Scorialenſis, quæ Madriti adſervatur; in eo enim integrum hujus Numenii opus ineditum περι ὑλης memoratur, quod operæ haud dubie eſſet in lucem protrahi: Sed certiora de his omnibus exſpectamus ab eruditis Hispanis, qui ſecundo Catalogi Bibl. Scorialenſis volumini adornando cum maxime incumbunt.

Ὁ τουτου ἑταιρος] vide de ſenſu hujus vocis obſervata DD. VV. Jo. Alberti in N. T. p. 156. Periz. ad Ælian. III. 2. & Menag. ad D. Laërt. III. 81. Luculenter Schol. ad G. Nazianz. Steliteut. 2. quicum conferes Suid. in h. v. ὁ Πλατων και οἱ αλλοι τους γνησιους ερασας των λογων ΕΤΑΙΡΟΤΣ εκαλουσι, οἱονει ΦΙΛΟΤΣ· ὁ δε Ιουλιανος &c. —— Cum autem ἑταιρος *diſcipulum* notet in genere, eumque qui placita alicujus ſectatur, neſcio an ſatis certa ſit eorum concluſio, qui argumento hujus loci Cronium Numenio coævum ponunt. —— Cæterum vox ἑταιρος reſtituenda eſt Xenoph. I. Κυρουπαιδ. 2. ineunte, ubi in ἑτερος abiit, auctoritate egregii Cod. MS. quem in Bibl. L. Bat. contuli, & forte etiam

etiam Athenæo Lib. I. Deipn. pr. ubi ſimile quid tentabat Salmaſius, cujus conjecturas in Athenæum ineditas ex αυτογραφῳ ejus Pariſiis deſcriptas cel. Ruhnkenius mecum communicavit. Notum eſt, quoties in MSS. ἑτερος & ἑταιρος miſceantur; & a nobis etiam alibi pluribus exemplis probatum.

Δυο εν ουρανῳ ακρα] v. Cleomedem Lib. I. κυκλικης θεωριας p. 335. ed. Baſil. & Manil. Aſtronom. I. 561. ſqq.

Προσγειοτατος ἡμιν ὁ κχρκ.] Proclus Diadochus in Ptolemæi Tetrabibl. Paraphr. I. 20. ὁ ♋ και ὁ ♌ και βορειοτερα εϛι και συνεγγιζοντα προς την κατα κορυφην ἡμων τοπον πλεον των αλλων κ. τ. λ. *Cum inter ſigna duodecim Cancer & Leo magis Borealia ſint, & proxima inter alia locum noſtri verticis tangant, &c.*

Τῃ προσγειοτατῃ σεληνῃ] Timæus de Anima mundi: Ἁ μεν ων Σελανα ποτιγειοτατα εϛϛα εμμηνον ταν περιοδον ἀποδιδωτι· Cleomedes l. c. p. 333. ὑπο τουτον (Ἑρμην) εϛιν ἡ σεληνη, προσγειοτατη παντων των ἀϛρων ὑπαρχουσα· quæ ſequuntur de Saturno, omnium remotiſſimo, illuſtrantur his Procli l. c. ὁ μεν ουν του ♄, επειδη ψυκτικος εϛι, και της θερμοτητος εναντιος, και την ανωτεραν ζωνην και μακραν ὑπαρχουσαν των Φωτων εχει, ελαβεν τα διαμετρα ζωδια του ♋ και του ♌, τουτ' εϛι τον ♒ και ♑. Cujus integrum caput XX. ſequenti Porphyrii diſputationi intelligendæ egregie inſervit: conferri poteſt cap. XXIV. ejusdem libri, etiam Macrob. Lib. I. in ſomnium Scipionis, præſertim cap. XIX. XXI.

Cap. XXII.

Πρωτα μεν κ. τ. λ.] Diſcrepat non nihil hæc ordinatio a calculis incerti Auctoris, cujus libellus, ſive libelli fragmentum, antea ipſi Cenſorino tributum, nunc junctim cum eo ſolet edi. Is. cap. 3. exeunte hæc habet: „Multum tamen refert cujus quæ„que ſtella domus ſit, alienæ an ipſius. „Domus Solis eſt Leo: Lunæ, Cancer: „Mercurii, Virgo & Gemini: Veneris, Li„bra & Taurus: Martis, Scorpio & Aries: „Jovis, Sagittarius & Piſces: Saturni, „Capricornus & Aquarius." Junge Procli Paraphraſin Ptolemæi I. 20. & Cleomed. p. 333.

Λεοντα, οικον ἡλιου] Ælian. XII. Hiſt. Anim. VII. Επει δε αγαν πυρωδες εϛι, και αυτον (λεοντα) οικον ἡλιου Φασιν ειναι. *Tum idcirco Solis domicilium Leonem conſtituunt, quod igneus ſit.* Junge laudatos auctores.

Πλατων δε δυο ϛομια εΦη] Facit huc elegans & docta Martini diſputatio, ſupra ad cap. VI., ubi de ανοδῳ & καθοδῳ των ψυχων, adlata: quam releges. Collato in primis Macrobio Lib. I. in Somn. ſcip. cap. 10. ſqq. — Notari autem meretur cl. Walchii obſervatio in Diſſertatione de ſignificatione vocum quarundam & locutionum ex Hiſtoria Philoſophica illuſtranda, quæ Actis Societatis Latinæ Jenenſis vol. 3. inſerta legitur, propoſita. Cenſet is, omnes iſtas formulas, *ad aſtra tolli, ad ſidera offerri, ſublimi vertice ſidera ferire*, &c. ab hoc animarum reditu poſt diſſolutionem corporum & diverticulo in cœlum per aſtrorum viam repetendas eſſe. Dubito equidem, an non ſubtiliter nimis. Simpliciſſimæ ſunt illæ locutiones, & omnibus linguis communes. Si quid autem in illis fuerit peculiare, cogitandum unice eſt, opinione veterum beatorum ſtatum, των μακαρων & cœleſtium, qui *Heröes* dicebantur, glorioſiſſimam fuiſſe conditionem habitam, ſupremumque votorum omnium terminum; diſputavimus ea de re in Obſerv. Miſcell. cap. 5.

Cap. XXIII.

Αθανατων, ὁ κοινον &c.] Verum eſt, αθανατους æque *animas* poſſe hominum dici, ac Deos: at æque verum eſt, Philoſophum noſtrum cauſſam ſuam ſatis perfunctorie hic egiſſe, cum tamen univerſa rei cardo in intellectu hujus adjecti moveatur. Equidem arbitror, jure me contra ejus ſententiam concluſiſſe. Neque enim facile quis exemplum mihi ex auctore Græco vel Poëta adferet, ubi αθανατοι ſimpliciter de *animabus* ponuntur, absque ut alia vel præceſſerint vel ſubſequantur, quæ ſenſum vocabuli eo in loco declarent. Et fatendum eſt, ſi *animas* hic intellexerit Homerus e ſententia Porphyrii, ambiguitatem com-

commisisse, quæ vix posset tolerari & ingenio ejus indigna haberetur. Sed vide, quæ in Dissertatione disputavimus.

Παρμενιδην εν τω Φυσικω] De eo Fabricius lib. 2. Bibl. Græcæ. Fragmenta Parmenidis, quæ restant perpauca, post H. Stephanum in Poësi Philosophica collegit Ill. Scaliger in Collectione MS. de qua supra ad cap. 8. —— Cæterum ne in subsequente *φασι* lacuna hæreat, vehementer metuo. Mihi suspicio fuit subnata, ne forte *Cronii* illic & *Numenii*, aut si non horum certe alius cujuslibet, nomen exciderit: Maxime cum durius sit plures ac diversi generis res subjungere solo rumore nixas: &, quæ de Romanis adduntur ac Græcis, ipse Philosophus scire potuerit. Tu dispice Lector, quid sit constituendum.

Τα Κρονια] Copiose de his tum Lucianus in Cronosolone & Saturnalibus Epistolis, tum Macrobius in Saturnalibus.

Αναβιωσκομενοι] v. Zornii Vindicias SS. Patrum, Dallæo & novissimis censoribus oppositas Tom. I. Opuscul. Sacr. p. 724.

Ιανουαριον . . τον θυραιον] *Jani* nomen a *Januis* derivabat Macrob. Saturn. I. 9. quibus præsidebat: unde illi etiam claves datæ. De *Januario* mense similia legere non memini. Et fortasse melius appellationem ejus a *Jano* accessiverunt post Varronem Macrobius I. Saturn. 13. & Isidor. Orig. V. 33. Plura Docti Viri ad elegantissimum Censorini libellum cap. 22.

Cap. XXIV.

Αρχη ετους] Omnium distinctissime Theon ad Aratum p. 22. Τοτε εμβαινει ὁ Νειλος, και ἡ του κυνος (hic idem ac *Theut*, *Thoth*, vel *Sothis*) ΕΠΙΤΟΛΗ κατα ενδεκατην ὡραν φαινεται· και ταυτην αρχην ετους τιθενται, και της Ισιδος ἱερον ειναι τον κυνα λεγουσι, και την ΕΠΙΤΟΛΗΝ αυτου· εφ' ἡν και τον ορτυγα θυουσι, τῳ παλμῳ τουτων ζωου σημαινομενοι τον καιρον της ΕΠΙΤΟΛΗΣ του ετους. Quantæ autem lites Marchionem Maffejum inter & perpetuum ejus adversarium Martinum de hoc loco interceserint, longius nos abduceret. Vide prioris Antiq. Galliæ select. Ep. 8. alterius vero Diss. sur les differentes années des Egyptiens, quæ Operi ejus sæpe laudato inserta legitur. Difficilis est ea disputatio de Calendario Ægyptiorum, neque Lectori gratum me puto facturum, si omnia quæ huc spectant studiose exsequerer. Ceteroquin plures etiam ea de re tractarunt, Petavius, Averanius, Dodwell, Fabricius, Bochart, Marshall, Vignoles & præclarus vir P. E. Jablonski: ne quid de commentatoribus Censorini dicam, aut Lactantii ad lib. 1. cap. 6. —— Magis juvabit, ad origines Astronomiæ illustrandas, verbo hic opinionem meam explicuisse de origine Zodiaci. Exstat ea de re dissertatio Neubronneri cujusdam præside cel. Gesnero Gottingæ edita. Sed longe abest, rem illic confici. Videamus num quid certius constituere possimus. Non moror equidem eos, qui inventionis hujus gloriam ad Adamum referunt: non dissimiles illi qui ad Homerum suum recurrebat, licet Homerus parum mehercle de Astronomia noverit. Id videtur constare, vel Ægyptios Zodiaci fuisse auctores, vel Chaldæos. Utri tamen ex his duabus nationibus prima debeatur inventio, nemo definivit. Videamus rationes temporum. Thaletis ætate cognitum jam fuisse Zodiacum certum inde est, quod vix probabile imo *αδυνατον* plane sit, Philosophum hunc absque ulla Zodiaci notitia defectionem illam solis prædicere potuisse, de qua v. D. Laërt. I. Cic. Divin. I. 49. Plin. I. 12. & H. Sloane's Philosophical Transactions Vol. XLVIII. P. I. p. 221. sqq. Thales autem, ut e Plutarcho de placit. Philos. I. & D. Laërtio constat, iter per Ægyptum fecit, ibique Ægyptiis sacerdotibus familiariter usus est, a quibus elementa Geometriæ & Astronomiæ fuit edoctus. Ergo probabile est, Ægyptios Græcorum in Astronomia magistros fuisse. At nonne Ægyptii etiam ipsi Chaldæos eo in studio secuti esse possunt. Res dubia videtur, si auctores consulas: nemo enim ex his certo hic sibi constat. Lucianus Æthiopes nominat Astronomiæ inventores, libello de Astrologia. Diodorus vero, a quo omnia exspectes, ipse fluctuat & nunc Chaldæis videtur favere,

nunc iterum Ægyptiis. v. lib. 2. Biblioth. Et Plato in Epinomide auctor eſt, primos ſiderum ſpectatores in Ægypto & Syria floruiſſe: h. e. Babylonia & Chaldæa; compara cum eo Ariſtot. de Cœlo II. 12. Plin. VII. 56. & Clem. Alex. lib. 1. Strom. Imo Tatianus, in Oratione ad Græcos, ſolos Chaldæos nominat: εξευρον αστρονομειν Βαβυλωνιοι, γεομετρειν Αιγυπτιοι, &c. Junge Sext. Empir. lib. 5. & Macrob. in Somn. Scip. I. 21. Cum itaque a teſtimoniis nullum nobis præſidium poſſit peti, videamus numquid ipſa res adferat lucis. Equidem Chaldæos diu ante Ægyptios, accuratam ſibi Aſtronomiæ & Zodiaci notitiam comparaſſe arbitror, & has quidem ob cauſſas. —— 1. Chaldæi, quorum regio plana erat & fertilis, inſignes jam progreſſus in ſcientiis phyſicis facere potuerunt, ante quam terra Ægyptiorum habitabilis eſſet ob inundationes Nili; confer omnino quæ Cicero lib. 1. Divin. 1. hanc in rem diſputat. —— 2. Chaldæi primi fuere Aſtrologiæ judiciariæ auctores. v. S. Emp. lib. 5. Phavorin. ap. A. Gell. lib. 14. & loca V. T. plura. Primi etiam horologia ſolaria invenerunt: argum. 2 Chron. XXXII. 31. coll. Reg. XX. 9. 10. Jeſ. XXXVIII. 8. & Beroſus, Aſtronomus Chaldæus, primum hemicyclii horologii exemplum in Græciam detulit, teſte Vitruvio lib. 9. —— 3. Ipſa XII. ſignorum Zodiaci ratio cauſſam Chaldæorum conficit. In Ægypto tempus meſſis incidit in menſem Martium & Aprilem. Teſtes hujus rei præſto ſunt non ſolum Diod. lib. 1. & Plin. lib. 18. ſed & recentiores periegetæ Dapper, P. Lucas Pococke, & accuratiſſimus Maillet. Ergo non potuerunt Ægyptii ſignum Virginis, quæ ſpicilega eſt & meſſem indicat, in menſem Auguſti conferre. Similiter Ægyptiorum hyemem menſes aliquot pluviarum efficiunt, per quos fere continuo pluit, ut in Oriente cœlum fert: at vero æſtas eorum in initium anni incidit, & tum non pluit plane. Ergo non potuerunt ſignum Zodiaci, quod Februario convenit, Aquarium conſtituere pluviarum indicium. Demum non aratur in Ægypto menſe Aprili, ſed meſſis agitur: neque adeo Tauri ſignum huic menſi conveniebat, quod agriculturam exprimit, &c. E quibus omnibus facile apparet, inventionem Zodiaci Ægyptiis prorſus abjudicandam eſſe. Chaldæorum diverſa eſt ratio: & notatu dignum eſt, omnia illa ſigna, quæ Ægyptiis non conveniunt, in terram Sinehar accurate quadrare. —— 4. Pleraque XII. ſignorum Zodiacalium nomina ab agricultura deſumta ſunt. Vetuſtiſſimorum autem Arabum & Chaldæorum (qui, ut ſupra vidimus, primi etiam Aſtrologiæ Judiicariæ auctores fuere) ea fuit opinio, teſte Abulpharagio aliisque, ſtellarum ſignorumque cœleſtium magnam eſſe vim in terram ejusque cultum, procurare ea imbres & pluvias, cauſſas eſſe bonæ meſſis, &c. —— Quæ res effecit 5. ut ſigna hæc cœleſtia pars religionis evaderent Chaldæorum, qui lapſu temporis *Sabaitæ* vel *Sabii* fuere dicti. —— Sed ſufficiunt hæc, credo, ad opinionem meam ſtabiliendam. Eandem amplexi ſunt Doctiſſimi Viri Th. Hyde Hiſt. Relig. Vet. Perſarum & Not. ad Olugh-Beighi Tabulas, Mr. Pluche Hiſtoire du Ciel liv. 1. Mr. le Mire Spectacle de la Nature vol. 8. & Wachterus in Concordia Naturæ & Scripturæ: quos conferre cum his Lector poterit. De Phyſicis Chaldæorum ſtudiis ſpeciatim copioſe agit Fullerus Miſcell. Sacr. lib. 1. Ab hiſtoria vero Aſtronomica Weidleri, quod obiter obſervo, vel Diſſertatione Neubronneriana, a quibus omnia exſpectes, nihil hic præſidii.

Γενεσεως . . . , της ΕΙΣ τον κοσμον] Non expreſſit hunc locum Hoſtenius, neque mentem Philoſophi, cum vertit: *generationis principium in mundo:* Erat enim, ut ſæpe antea viſum, οδος ανω & κατω, καταβασις και αναβασις, e ſententia Heracliti. Utraque animabus propria, quæ vel deſcendebant in *generationem*, vel ſurſum ferebantur in *cœlum*. Utrique mutationi γενεσεως ſolemne nomen; priori excellenter, poſteriori per quandam quaſi καταχρησιν. Ita paullo infra την χθονιον γενεσιν τη θειῳ opponit, *terrenam generationem cœleſti*: & ſupra ſæpe. Unde apparet, notanter dici γενεσιν εις τον κοσμον, h. e. *deſcenſionem in terram*, ge-

generationem in mundum vel *creationem*, *quæ fit ad vitam in mundo agendam.*

Τας θυρας ΑΝΕΘΗΚΑΝ] *attribuerunt*; *Ægyptii*, puta. At vereor equidem, ut hæc mens auctoris fuerit. Potius crediderim, ανεθηκεν ſcripſiſſe, unitatis numero, *adtribuit*: *Poëta* videlicet. Suadet hoc integra ejus argumentatio: in primis illa, ὁτι ψυχαις καθιερωτο το ΑΝΤΡΟΝ και νυμφαις ὑδριασι. Neque enim Ægyptii ideo Auſtro & Boreæ portas adſignarunt, quia Homeri Antrum Nymphis ſacrum erat & animabus; ſed Poëta ipſe portas antri eam ob cauſſam Boream verſus & Auſtrum ſtatuit, non orienti oppoſuit & occidenti, aut æquinoctiis Arieti ac Libræ.

Οικειοι οἱ τοποι] v. Gesneri Diſſ. Heracliticam p. 155. 156. Qui tamen, ſi recte ejus mentem capio ſat obſcure propoſitam, non undiquaque bene.

Διο κριου μεν φερει κ. λ.] Nota hæc omnia Mithræ ſymbola e marmorum monumentis apud Adrienſem Præſulem, qui hic amptruat. De γενεσεως δεσποτῃ ſupra dictum. Quod vero ſequitur εν δεξιᾳ και αριστερᾳ, aliis προς δεξιαν, vel εκ δεξιων, ſolet dici: eadem enim res, ut facile appareret v. cel. Hemſterh. in præf. Dukeri ad Thucyd.

Τεταγμενου αυτοις] Holſtenius *ipſi* vertit, unitatis numero, ac ſi αυτῳ legeretur. Sed nihil mutandum; nam *Mithra* intelligitur & *Taurus* ſimul, qui antea pari loco poſiti. Forte illi impoſuit ſubjunctum κατ' αυτον, in quo tamen nullus error.

Cap. XXV.

Κυομενας] Holſtenius, *naſcentes*; ſimiliter Gesnerus. Et videtur etiam ſenſus loci hanc interpretationem poſtulare. At rarior eſt is verbi uſus. In Orphicis active κυειν *pariendi* notionem habet Hymno in Tellurem:

Ἡ λοχιαις ὠδισι ΚΤΕΙΣ καρπον πολυειδη.

Et apud Palæphatum cap. 2. eſt την δε κυησαι παιδα· interpres vertit, *concepiſſe & peperiſſe puerum*; at MS. Oxon. habuit κυησαι και τεκειν. Magis huc faceret ejusdem κυηθεν eodem capite, ſed valde dubia eſt illa lectio; Codd. MSS., quos quinque contulerat Voſſius, & cujus apographo in Biblioth. LBat. uſus ſum, diverſi ab iis quos Galeus habuit, omnes γεννηθεν habent. Communiter activum κυειν & medium κυεσθαι *concipiendi* uſu teruntur. Artemidorus Oneirocr. lib. 5. εδοξε τις γυνη νοσουσα ΚΤΕΙΝ, ηδη τ' ὠδινειν, και εγγυς του τεκειν ειναι. Viſa *ſibi eſt mulier ægrota concipere*, *dein doloribus laborare & jam partui eſſe proxima*. Heſiodus Theogonia:

Οὐς τεκε ΚΤΣΣΑΜΕΝΗ, ερεβει φιλοτητι μιγεισα.

inde κυμα, pro κυημα, *embryo* & *fœtus*. Leonidas in Antholog. MS.

Εκ τοκου Ειλειθυϊᾳ πικραν ὠδινα φυγουσα
Αμβροσιη κλεινων θηκατο σοι προ ποδων·
Δεσμα, κομας, και πεπλον, εν ᾧ δεκατῳ ενι μηνι
Δισσον απο ζωνης ΚΤΜΑ λοχευσε τεκων.

Hinc reſtituendus Athenæi locus eſt lib. 1. Deipnoſoph. ubi ſic edd. Θεοφραστος δε εν τῃ περι Φυτων ἱστορια Φησιν, εν Ἡραιᾳ της Αρκαδιας γινεσθαι οινον, ὁς τους μεν ανδρας πινομενος εξιστησι· τας δε γυναικας ΤΕΚΝΟΤΣΑΣ ποιει· interpres vertit: . . . . *vinum fieri*, *quod inſaniam viris*, *ſterilitatem mulieribus importet*; prorſus aliene: debuiſſet, ſi conſtaret hæc lectio, contrario ſenſu: *vinum*, *quod viri facit ut inſaniant*, *mulieres ut liberos habeant*; e ſententia Plinii lib. 14. *Dicitur in Arcadia vinum fieri*, *quod FOECVNDITATEM fœminis IMPORTET*, *viris rabiem*. Ea enim vis eſt voci τεκνουσα, ut in Sophoclis Trachin. 312. ubi minus recte edd. τεκουσα habent, ſed hoc εν παροδῳ. Athenæi locus male legitur & ſic conſtitui debet: . . . . τας δε γυναικας ΚΤΟΤΣΑΣ ποιει ΕΞΑΜΒΛΩΣΑΙ. *Mulieres vero*, *QVAE CONCEPERVNT*, *facit ut ABORTVM habeant*. Ita Cod. MS. optimus, cujus collatio ſervatur in Bibl. Acad. Traject. etiam MSS. Caſaub. Ita & Theophraſtus, quod maximum eſt: is quippe

unde hæc citantur. Unde miror, illuſtrem virum Iſ. Caſaubonum auctoritatem ejus in dubium vocaſſe. Ut difficultas tollatur, equidem cogitavi, an non Plinius e Theophraſto & melioribus Athenæi Codd. reſtitui poſſit, legendo: *vinum*, ... *quod foeTuM ANtE temPVS A feminis AVErtAt, viris rabiem portet.* At lubentius nunc quidem arbitrarer, Plinium corrupto Theophraſti Codice in errorem fuiſſe inductum, quod quoties illi acciderit, Salmaſius aliique demonſtrarunt. —— In Porphyrio autem, ut eo revertar una litera mutata, Φυομενας legendum eſſe, elegan-ter monuit cel. Ruhnkenius.

Cap. XXVI.

Ερωτικον δια τουτο &c.] Opportune Leander Ep. ad Heronem:

Obſtitit inceptis tumidum juvenilibus æquor:
Merſit & adverſis ora natantis aquis.
At tu, de rapidis inmanſuetiſſime ventis,
Quid mecum ſæva *prælia mente geris?*
In me, ſi neſcis, Borea, non æquora ſævis:
Quid faceres, eſſet ni tibi notus AMOR.
Tam gelidus cum ſis, non te tamen, improbe, quondam
Ignibus Actæis incaluiſſe neges.

Confer Metam. lib. 6.

Ωρειθυιαν] De Orithyia Meurſ. de Regn. AA. & Feſt. Græc. in βορεασμοις· junge Hermiæ locum e Comment. MS. ad Platonis Phædrum, quem adduxit cel. Ruhnkenius ad Timæi λεξεις p. 191. de Zete & Calai cl. Burmannus in Catalogo Argonautarum, qui præfationi ejus ad Val. Flaccum inſertus legitur.

Ἰσαμενης μεσημβριας] Illuſtrat hanc phraſin elegans Dav. Ruhnkenii V. C. nota ad Timæum p. 168. 169.

Cap. XXVII.

Και δια τουτο &c.] Confer huc diſputata ab Ill. Cupero in Harpocrate, qui de Ægyptiis. Quod Pythagoram ſpectat ejusque adſeclas, de eo Noſter in vita Philoſophi cap. 19. ubi multa Docti Viri, præſertim Rittershuſius. Recte autem & religioſo cultui convenienter explicari hæc ſententia poteſt, unde adſumſit eam, & refutandis Porphyrii noſtri opinionibus bene adhibuit Euſebius Præp. Euang. lib. 3. ubi hæc præclare dicta invenies: Θεου μεν ουν Φυσις εξω πασης ὑλης φανταζεται, νῳ διαυγει, και ΣΙΓΗι ψυχαις κεκαθαρμεναις επινοουμενη. *Natura enim divina ab omni materia ſemota cogitari debet, atque ejusmodi, quam cum ſilentio, defæcatæ mentis, & animorum ab omni labe purgatorum intelligentia contempletur.*

Πυλας] Notari ampliſſimus hujus vocis uſus meretur apud Græcos olim receptus: ſic πυλαι ἡλιου και ουρανου in Homero, de quibus mox; ολυμπου πυλαι Iliad. θ'. πυλαι σοματος· v. Schultenſ. ad Proverb. p. 181. 182. πυλαι και θυραι Φωτος, νοηματων, λογισμου, ſimil. vide D. V. ad Juſtin. Dial. cum Tryph. p. 26. ed. Jebbii. Et decantatiſſimæ illæ ἀιδου πυλαι de quibus in Diatriba de Cepotaphiis. Tandem θυραι etiam *limitum* ac *terminorum* ſenſu terebantur, unde locutio ειναι επι θυραις αλληλων, de *gentibus ſibi vicinis*: v. Lamb. Bos Animadv. cap. 9.

Πυλας ουρανου] Locum Poëtæ Barneſius indicavit: πυλας ουρανου Ὁμηρος νεφη λεγει, ait Suidas. Ejus forte exemplo Virg. Georg. lib. 3.

. . . . . *quem ſuper ingens*
PORTA tonat COELI &c.

Binæ vulgo ſtatuuntur, unde ejusdem *bipatentia tecta*, Æn. 10. Docti Viri explicant: *ortum illis & occaſum a Poëta innui judicantes.*

Cap. XXVIII.

Γαλαξιαν] v. Turneb. Adverſar. lib. 13. Scalig. ad Manil. p. 82. De ea obiter reſtituendus eſt Germanicus in Arateis Phænomenis v. 451.

HIS

HIS (arcubus) SIMILIS cunctis liquida ſub nocte videtur
Sydera cum reddunt ſinceros eminus ignes,
Lactis ei color eſt, mediis ut lucet in umbris.
Lacteus hic orbis nullo MINOR orbe notatur.

Edd. *diſſimilis* habent & *minus*; *minor* legendum eſſe Grotius jam vidit, ſed in illo *diſſimilis* interpretes hæſerunt; vide editionem Schwarzii inter Carmina familiæ Cæſareæ. Equidem locum hunc reſtitui e collatione MS. Cod. præſtantiſſimi, quam a Scaligero factam ex adverſariis ejus MSS. deſcripſi in Bibl. LBat. Memini alium Cod. videre, qui v. 452. ſic habebat:

Sidera cum REDEVNT IN VEROS eminus ignes.

Cæterum ſpectant huc diſputata Martini, ad cap. 6. allata, ubi de δδῳ ανω και κατω actum, & itinere animarum in cœlum. Oblitus eo in loco ſum obſervare ſimilem Perſarum opinionem. Sic legitur in libro Sad-der, illuſtri religionis eorum monumento, porta LXIV. *Anima defuncti videbit computum, & citius percipiet exitum: totum Pharasbèſt pro eo recitabunt, & illas deinde ſeponet, & poſtea anima ejus pontem tranſibit. Et mane quarto, quando a terris verſus Tchinavar tranſit, primo veniet ad Ignem Martis, ſecundo Aſtra tranſcendet, tertio juxta Lunam erit gradus, quarto ad ſolem perueniet & deinde ad locum ſuum.*

Τους ψυχαγωγους] Supra de hac voce actum memini ad cap. 8. ubi animadverſum Mercurii munus. Eadem de re exſtat obſervatio Docti Viri ad Lucian. I. 276. & Gesneri Corollar. Anim. Hipp. p. 155. Perſæ ſimiliter ſuos habuere ψυχαγωγους. *Et cum aliquis juſte præſtiterit Eleëmoſynas & fecerit hujus mundi emtionem, angeli animam ejus ter ferent ad Paradiſum, quem ut locum ejus ipſi tradent, eique Virgines Paradiſiacas largientur.* Liber Magorum Sadder porta 5. Talis eorum *Aſomân*, quaſi *Asmânund*, coadjutor του *Shabrivar*, qui mortuis præeſt: & *Mihr* ſeu *Mithras*, mediator inter duo principia *Arimanium & Oſomasden*, & mortuorum judex. v. Hyde de Relig. Perſarum. —— At hic alia ψυχαγωγου vis eſt, & *evocatorem* notat *animarum* & *manium*. Quales ψυχαγωγοι apud Max. Tyr. Diſſ. 14. Hinc ψυχαγωγια, αντι του επι τῳ ψυχας δηθεν εκ του ᾅδου αναγαγειν προς την μαντειαν, ut loquitur Schol. ad G. Nazianz. Steliteut. 1. Plura Ill. Spanhem. ad Julian. p. 20. 21. Pricæus ad Apuleji Apolog. p. 94. Brouckh. ad Tibull. lib. 1. & DD. VV. ad 1 Sam. 28. Imaginem ejusmodi evocationis Gemma hæc exhibere creditur: quam, quia unica eſt, gratum credidi me Lectori facturum, ſi hic recuderem.



Ectypum ejus habetur in F. Ficoronii Gemmis Antiquis literatis (Romæ 1757.) Tab. IX. 4. ubi vide editoris Galeotti obſervationes. At dubito equidem an recte mentem ſculptoris is adſecutus ſit, & ipſius Ficoronii obſervatio ibidem memorata non tam abſurda eſt. Judicet ipſe Lector.

Μελι κεκραμενον γαλακτι] v. Gaulmin. ad Pſellum de Operat. Dæm. p. 143. D. Heinſ.

Crepund. Silian. p. 124. 125. Communis erat vini uſus in his ſacris. Ovid. Metam. lib. 7.

. . ſtatuit aras e ceſpite binas,
Dexteriore Hecates, at læva parte Juventæ.
Quas ubi verbenis folioque incinxit agreſti,
Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultrosque in guttura velleris atri
Conjicit; & patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper infundens liquidi carcheſia BACCHI,
Æneaque invergens tepidi carcheſia LACTIS,
Verba ſimul fundit, terrenaque numina poſcit:
Umbrarumque rogat rapta cum conjuge regem,
Ne properent artus anima fraudare ſeniles.

Junge Theocriti *φαρμακευτρια*, cum imitatione Virgilii.

Ετι τα μεν νοτια μικροφυη ποιει τα σωματα] At e contrario Hippocrates auctor eſt, in ſeptentrionalibus plagis homines naſci parvæ ſtaturæ & ferocis ingenii. Et teſtimonium ejus confirmatur a M. de Maupertuis Venus Phyſique P. II. qui ipſe itineris illius princeps fuit, quod verſus Boreales plagas juſſu R. Galliarum ſuſceptum eſt. Solus Phyſicus ad hæc concilianda aptus eſt, ait auctor libelli noviſſime editi, La Phyſique de l'Hiſtoire p. 7. quem vide.

Το γαρ θερμον ισχναινειν αυτα, . . ετι δ'εν τοις βορειοις &c.] Legi meretur Vitruv. I. 4. Cauſſæ diſcriminis e ſcientia naturali facile explicantur. Obſervandum autem hic eſt, ſanguinem in plagis Borealibus magis eſſe fervidum quam ſub cœlo ardenti. Ratio hujus paradoxi inde repetenda eſt, quod meridionalis terræ habitatores per rarefactionem aëris poros ſemper habeant apertos, unde ſanguinem calorem atmosphæræ ſequi neceſſe eſt. Quo enim pori magis patent, eo fortius atmosphæra in ſanguinem operatur. Unde ſit, ut internus meridionalium calor idem ſit, qui atmosphæræ. Cum e contrario frigidus Borealis plagæ aër, clauſis poris, neceſſario omne atmosphæræ cum ſanguine commercium intercludat. Quo facto calor quaſi concentratur, ſpiritusque vitales per evaporationem non diſſoluti arctius comprimuntur colliguntur que. Unde motu interno vehementiore facto, ſequitur calorem ſanguinis qui inde oritur ſenſim augeri & creſcere debere. Hinc audacia, ferocitas, & fortitudo in Borealibus; timor, mollicies & languor apud meridionales. Unde faciles alterius etiam populi de altero triumphi fuere, donec belli fortuna viribus magis & magnanimitate quam conſilio regebatur. Indeque explicandæ Prophetarum ſub V. T. minæ, de *populis ab Aquilone venturis*, &c. —— Porro abundantior ſanguinis & humorum copia majoris etiam ſtaturæ cauſſa eſt in Borealibus; & videmus animalia marina, terreſtribus longe grandiora eſſe. &c. quæ copioſe omnia diſputantur in laudato libello La Phyſique de l'Hiſtoire cap. VI. VII. VIII. —— Alia vero quæſtio eſt de ingenio hominum, utrum illud pro diverſo regionum tractu & aëris vel denſitate vel levitate reapſe differat: & tantum quidem, ut incola Lapponiæ e. g. aut Samoyeda nunquam ad illum ingenii modulum pervenire poſſit, quem noſtrates v. c. aut Galli attigerunt; an vero univerſum hoc diſcrimen tantum a differentia morum, ipſoque ingenii cultu pendeat. Prius tuetur ſapientiſſimus vir & cujus ſententiam alioquin magni facio, J. J. Rouſſeau Emile Tom. I. p. 39. tuentur & alii plures. At equidem varias ob cauſas nondum id perſuadere mihi poſſum. Sed longior eſt hæc diſputatio, quam ut hic poſſit locum capere; legere Lector poterit les Oeuvres Philoſophiques de Mr. Hume Tom. VI. p. 233—257. ubi egregie hæc res tractatur.

Κελτοι, Θρακες, Σκυθαι] Euſtath. ad Iliad. *ε'*. *Του δε βορεου ενταυθα εοικε μονου μνησθηναι, κατα τινα εξοχην, δια το του ανεμου τουτου φερεσβιον και ζωοφορον* &c. de Celtis ſpeciatim Diod. lib. 5. Bibliothecæ, tantum non integro: junge Taciti Germaniam.

Απο της βορας] Non latuit hæc originatio Euſtathium, quem vide ad Iliad. *ε'*. p. 579. 8. & *ι'*. p. 732. 12. ed. Romanæ; at inſulſa vel ſic tamen eſt, unde mireris a Voſſio fuiſſe adoptatam: ſed negari non poteſt virum hunc ubique ſummum & vere *πολυμαθη*, in originibus vocum tantum non ſemper cœcutiiſſe. Felix ter & quater hoc ævum,

ævum, quod certiſſima omnis etymologiæ principia ope trium hominum ſtabiliri vidit: prodigium poſteris, & inmortalis patriæ noſtræ gloria!

Απο της βορας] Eleganter laudatus auctor cap. VI. de la Phyſ. de l'Hiſt. „En hyver n'eſt „ on pas dans la ſaiſon de l'appetit? Alors la „ digeſtion des alimens eſt plus promte & la „ concoction plus parfaite, ſurtout lorsque „ le vent du Nord commence a ſoufler. Le „ vent du Midi ſe fait il ſentir, l'avare peut „ raſſembler ſes amis autour de ſa table, par- „ ce qu'alors l'indigeſtion eſt a craindre. Ce „ ſeroit donc un avis ſalutaire a donner aux „ Allemands qui voyagent en Italie, d'uſer „ de beaucoup de ſobrieté. Conſeiller a „ un Eſpagnol, qui paſſe en France, de „ mêner une vie auſſi frugale qu'il faiſoit „ en Caſtille, ce ſeroit vouloir l'anéantir."

Cap. XXIX.

Αρξαμενης γαρ της φυσεως εξ ἑτεροτητος] En nobile iterum Philoſophiæ Heracliticæ veſtigium, cui illa concinunt quæ ſtatim ſubjunguntur: και δια τουτο παλιντονος ἡ ἁρμονια &c. Sic Philo Libro de rerum divinarum herede: ἐν γαρ το εξ αμφοιν των εναντιων ου τμηθεντος γνωριμα τα εναντια· ου τουτ' εϛιν ὁ Φασιν Ἕλληνες τον μεγαν και ἀοιδιμον παρ' αυτοις Ἡρακλειτον, κεφαλαιον της αυτου προϛησαμενοι Φιλοσοφιας, αυχειν ὡς ευρεσει ΚΑΙΝΗΙ. Ita lego, pro edito κενῃ, quod non videtur tolerandum. Confer omnino, quæ Ariſtoteles, ſeu quisquis auctor ſit libelli de Mundo, cap. 5. hanc in rem diſputat. Plura videbis ab accuratiſſimo Gesnero congeſta de Animab. Hippocr. & Heracliti ζ. 3. 4. Neque dubito, quin eodem in negotio uberius enarrando Olearius occupetur peculiari Diſſertatione de principio rerum naturalium ex mente Heracliti Lipſ. 1697. Fabricio ad Sext. Empiricum aliisque laudata, ſed mihi nondum viſa.

Και των Θεολογων] Holſtenius vertit: *ſic & Theologi* &c. Sed longe melius interpretaberis: *Cum & Theologi . . . . velint*, vel *ſtatuant*. Quod eleganti abſoluti genitivi uſui accurate reſpondet: de voce Θεολογος, quæ in ſequentibus plus ſimplici vice recurret, ſupra actum: ad rem ipſam Martini facit diſputatio, toties laudata, & ad cap. 6. exhibita.

Δυο πιθοι παρ' Ὁμηρῳ] At cenſuram propterea Poëta incurrit Platonis lib. 2. de Republ. Ουκ αρα αποδεκτεον ουτε Ὁμηρου, ουτε αλλου ποιητου· Ταυτην την ἁμαρτιαν περι τους Θεους ανοητως ἁμαρτανοντος, και λεγοντος, ὡς ΔΟΙΟΙ ΠΙΘΟΙ κατακειαται εν Διος ουδει, Κηρων &c. Unde nata Plutarchi interpretatio cap. 5. libelli de audiendis Poëtis. Junge Riccii, anteceſſoris Florentini, Diſſertationes Homericas.

Cap. XXX.

Και παρα Πλατωνι] Reſpicit Platonis Gorgiam p. 493. 494. Steph. quo & illa ſpectant, quæ ſequenti capite habentur.

Παρ' Ἡσιοδῳ] Locus eſt Εργ. vs. 80. ſqq. ubi celebrem Pandoræ & Epimethei fabulam explicat: elegantiſſimum, quod Philoſophi vel Poëtæ veteres unquam excogitarunt, figmentum.

Ελπισιν ἑαυτην βουκολειν] Lucianus in Amoribus: Σχεδον γαρ εκ της αντιπαιδος ἡλικιας εις τους εφηβους κριθεις, αλλαις επ' αλλων ΕΠΙΘΥΜΙΑΙΣ ΒΟΥΚΟΛΟΥΜΑΙ. *Nam ab eo ferme inde tempore, quo e puerili ætate ad pubertati proximos tranſii, aliis poſt alias cupiditatibus ludor.* Cui ſimile Babrii Mythographi Jambici apud Suidam v. Αιωρα·

Ὡς δ' ουκ εφικνειτ', αλλ' εκαμνε πηδωσα,
Ουδεν κρεμαϛης σχουσα πλειον αιωρας,
Παρηλθεν οὑτω ΒΟΥΚΟΛΟΥΣΑ την ΛΥΠΗΝ.

Cui in deliciis hanc fuiſſe dicendi formam, apparet ex alio ejusdem fragmento in v. βουκολησας ſervato, & eleganter ab acutiſſimo Toupio reſtituto. Alia Commelin. ad Heliod. Æthiop. p. 207. Valck. ad Ammon. p. 45. Abreſch. lib. 2. ad Æſchyl. c. 14. Alberti ad Heſych. v.

Cap. XXXI.

Αθηνας μεν γαρ το φυτον] Notum id vel ex ipſo Phædro, ad quem multa Docti Viri. Quod ſequitur, Φρονησις δε ἡ Αθηνα, Philoſophicum reſpicit *Minervæ* ſenſum, cujus rei teſtimonium tam diſertum notari

me-

meretur. Nescio an id Macrobius spectet, qui Saturn. I. 17. - - - - *Minerva*, inquit, *quam hujus præsidem accipimus, solis virtus sit: sicut & Porphyrius testatur, Minervam esse virtutem solis, quæ rebus humanis PRVDENTIAM subministrat.* Theodoretus de Provid. Serm. I. την τε Φρονησιν Αθηναν (ωνομασαν). *Prudentiam Minervæ nomine appellarunt.* Artemidorus Oneirocrit. V. 19. και γαρ αειθαλες το Φυτον, και σεμνον, και τη Αθηνα ανακειμενον· Φρονησις δε ειναι νομιζεται ὁ θεος. *Oliva enim semper virens est planta, & solida, & Minervæ sacra: Ipsa autem Dea sapientia putatur.*

Κρατογενους] Nescio an alibi inveniatur hoc compositum, neque mirarer, ιδιοπλασον forte Philosophi nostri & pro re nata fictum esse vocabulum. Historiam ipsam ejusque allegoriam Macrobius exponit indicato loco, & alii plures: quod sequitur δι' αυτης, sub eo non tam ελαιας, quam quidem καθιερωσεως intelligendum putem. —— Cæterum notari universa hujus disputationis series meretur, qua Philosophus *Minervam* diserte loco ελαιας nominat. (Pono sana esse verba, de quibus primo intuitu sed injuria dubitaveram.) Ait enim, κρατογενους δ'ουσης ΘΕΟΤ . . . καθιερωσας ΑΤΤΗΝ· h. e. Θεον, *Deam* ipsam, non *olivam* ejus, την ελαιαν· quæ etsi sequioris itidem sit generis, longius tamen ejus mentio hinc separatur, quam ut commode sub pronomine αυτην intelligi possit. Observandum hoc ideo duxi, quo considerata Porphyrii locutione, facilius mihi ignoscatur in explicatione Antri Homerici; ubi, sicut hoc loco Minerva de *oliva* cui præsidebat sumitur, ita per *Nymphas* τας αθανατους vicissim rem, cui illæ præerant, *aquam* puta *fluvialem*, intellexi. Non ac si deficiant nobis similium locutionum exempla, quibus *Minerva* de *oleo*, *Vulcanus* de *igne*, *Mars* de *bello*, *Venus* de *amore*, *Nymphæque* adeo *Najades* de *fluviali fonte* apud Poëtas præsertim, usu teruntur: sed ut ipso Porphyrii exemplo munita explicatio, cujus placitis nostra sententia rectâ opponitur, minorem incurrat censuræ notam.

Εξ αυτοματισμου] Rarius est hoc vocabulum, pro quo facili negotio αυτοματου scribere Noster potuisset. Αυτοματον est, *quod a se ipso suaque vi exsistit: quodque*, ut Philosophorum filii loqui amant, *principium exsistentiæ suæ in se habet.* Ita de *mundo*, pariter ut hoc loco, Theodoretus Serm. I. de Providentia: και οἱ μεν απ' αυτοματου γεγενησθαι (φασι) τον κοσμον. Generatim αυτοματος χειροποιητῳ opponitur. Tale σπηλαιον αυτοματον Porphyrii nostri in Fragmento de Styge p. 283. Tales etiam λιμναι αυτοματοι in Dionys. Periegès. v. 933. ubi minus recte H. Stephanus *subitas* vertit. Opinionem ipsam de αυτοματισμῳ mundi quod adtinet, lege Fabric. ad Sext. Empiricum p. 662.

Αλλ' ὁτι &c.] Longe hæc discrepant ab iis, quæ supra disputaverat p. 253. ubi vide. Ibi enim αυτοφυη ait *mundum* esse: hic acerrime eos perstringit, qui αυτοματισμον *mundi* urgebant. Illic αυτοσυμφυης, ipsi κοσμος est, hic Φυσεως νοερας και Θεου εργον. Opponuntur hæc sibi e regione, quibus nunc adfirmat rem, nunc negat eodem sensu. Quo teneam vultum mutantem Protea nodo? Equidem nullum video reconciliationis medium, nisi priore loco suam ipsius sententiam declarasse, hic Poëtæ antrum describentis mentem enarrare dixeris.

Cap. XXXIII.

Αντανγει] Antea ανανευει legebatur, sed e conjectura cl. Ruhnkenii locum restituimus: v. VV. LL. ad h. l. Αντανγειν λεγονται τα αντιαν αυγην αποδιδοντα και αντανγαζοντα· ait Schol. ad Thesmophoriaz. 909. Eurip. in Oreste:

. . . . . δεινον ΑΝΤΑΥΓΕΙ Φονον.

Hinc αντανγης Aristophanis & Onomacriti non uno in loco: & αντανγια vel αντανγεια apud Plutarchum & Polybium. De aliis cum αντι compositis diximus ad cap. 3.

Εις το λευκον αυτοις &c.] Novum futilis & insulsæ hujus Philosophiæ exemplum.

Αραγον πονων] Opportuna est podagrici querela apud auctorem Ocypodis: v. Luciani Opp. T. III. p. 648.

Ωι μοι ΠΟΝΩΝ ΑΡΩΓΟΝ, ω τριτου ποδος
Μοιραν λελογχος βακτρον! . . . .

He-

Heſych. αρωγος, βοηθος. Suid. αρὼγος, βοηθος, ωφελιμος· prius Homeri aliorumque, poſterius Sophoclis potiſſimum auctoritate poſitum. Ergo vertendum hoc loco: *adjutorem laborum & eos ſublevantem lenientemque.* Holſt. *fructum laboris operæque* PRETIVM reddidit, parum accurate. Sed res non magni eſt: & præmii etiam propoſiti cogitatio arcet ipſius periculi timorem & laborum certaminis. Sic fere ſub finem capitis: αφ' ἡς και τα νικητηρια τοις αθληταις του βιου διδονται, και των πολλων ΠΟΝΩΝ το ΑΚΟΣ, quaſi *remedium malorum & medelam*, h. e. *ſublevationem* dixeris.

Και τοις αθληταις] Idem tradiderat Schol. ad Comici Plutum, notatus propterea a Paſchalio in opere de Coronis, qui κοτινῳ athletas, non ελαιᾳ coronatos putat. Sed Paſchalius compilator eſt & rem non intellexit: vide magni Hemſterhuſii commentarium ad citatam fabulam.

Και απ' αυτης ἱκετηρια &c.] De ελαιᾳ ἱκετηριᾳ quædam Jo. Valentinus ad Noſtri lib. 2. de abſtin. qui dubito tamen an recte hunc locum ceperit.

Cap. XXXIV.

Εις τουτο] Senſus poſtulat, ut εις τουτο αιτρον jungas, quæ nimis longe ſeparantur; unde credidi antea, legendum forte aliter hunc locum eſſe, & hoc quidem modo: εις τουτο τοινυν (*banc itaque ob cauſſam*) φησιν ὁ Ὁμηρος ΕΝ ΤΩι αντρΩι αποθ. &c. inprimis cum inſolentius etiam ſit illud αποθεισθαι εις. Sed cum elegantiam dictionis Philoſophus noſter non magnopere curet ut paſſim obſervavimus, non indigemus hac correctione. Quoties εν & εις locum mutent, etiam in optimis, dictum in Præfat. Diatribæ de Cepotaphiis. Addi poſſunt exempla Heraldi ad Arnob. p. 69. Maittairii ad Miſcell. GG. Carm. p. 175. 176. & Abreſchii Auct. Diluc. Thuc. p. 339.

Ὑπουλα] Pro vulgato, επιβουλα, ex emendatione amiciſſimi Ruhnkenii. v. Etym. M.

Ου γαρ απο σκοπου] *Non abſurde:* imo, *e ſententia ac mente Homeri*, quomodo illud ſæpe teritur. De re hic tradita Columbus ad Anon. de Ulyſſe p. 146. 147. quem sîs vide.

Παρα Πλατωνι] An diſerte id Plato adfirmet, non dixerim: certe locus non ſuccurrit; at in Phædone memini ſimilia de mari & ponto tradi, quæ Noſter reſpicere potuit.

Cap. XXXV.

Εγενεαλογησεν] Ejus *genus recenſuit, explicuitque*: neque enim Holſtenius recte ſatis, aut e Philoſophi ſententia verbum reddidit: v. Odyſſ. α'. 68. ſqq. unde hæc derivata. De Phorcyne diſputatum in Diſſertatione ad Porphyrium. Quod vero ſuccedit, ινα και αχρι της πατριδος, &c. quo dicatur, aut quo fundamento, equidem non video; neque enim crimini poterat Ulyſſi imputari, Polyphemum oculo privaſſe: quod hic *peccatum* appellatur. At dici non poteſt, quantum Noſter adſumtæ opinioni inſerviat.

Γοητευοντα] Recte γοητευειν jungitur τῳ απατᾳν. Quorum hoc, *fallere:* illud, *variis artibus ac præſtigiis decipere*, glaucomate quaſi oculis objecto. Lege Budæi Comment. Ling. Græcæ. Inde γοητες *magi* & *præſtigiatores*, ut Cornarius recte vertit in Artemidori Præf. libri 1. Oneirocr. Confer Reimari V. C. not. ad D. Caſſ. Tom. II. p. 861.

Εξαλος] Idem in Luciano Tom. II. p. 695. και τα μεν ΥΦΑΛΑ καταγραφα, τα δε ΕΞΑΛΑ της νεως αμορφα. Opponuntur ὑφαλα & εξαλα· εφαλα alia ſunt, & per *maritima* recte vertuntur in eodem Luciano T. II. p. 405. quomodo Iliad. β'. 538. 584.

Πτυον την κωπην] Πτυον e Matth. III. 12. πτυον εν τῃ χειρι αυτου, & Heſiodo, notum. Κωπη e Luciano Tom. I. p. 424. 620. Quod ſequitur ευρεσιλογουντων, de eo operoſe H. Steph. ad D. Laërt. Tom. I. p. 137.

Cap. XXXVI.

Λογιζομ. δε την π. σοφιαν] De verbo actum in Obſerv. Miſcell. p. 59. 60. σοφια proprie de *Poëtis* ſumebatur, quibus σοφων κατ' εξοχην tributum nomen. v. Caſaub. Animadv. in Athen. I. 12. Menag. ad D. Laërt. Tom. II. p. 9. Cuper. in Apoth. &

quos non alios. —— Quæ ſequitur ἀρετῃ, illam non de *virtute* ſpeciatim, oppoſita τῇ κακίᾳ, ſed *elegantia* & *ornatu* carminis acceptam velim, quæ Græcis æque ac Latinis ἀρετη & *virtus* ſolet dici.

Εις ὁλην πραγματειαν] Forte opus ſuum innuit, a Suida laudatum, περι της Ὁμηρου φιλοσοφιας: quo tum etiam Fragmentum pertinebit Diſſertationis de Styge: v. Holſten. de vita Porphyrii cap. 8. neque enim *Commentarium* intelligi *in Homerum* velim, qui Grammaticus fuit: v. eund. cap. VII. p. 33. vel *Scholia* potius: nam *Commentarii* titulo inſigniri commode non poſſunt. v. L. C. Valckenaerii V. C. Diſſ. peregregiam de Scholiis in Homerum ineditis §. XI.

FINIS.

IN-

INDEX CRITICVS.

ANTHOLOGIA *MS.* xxix. xxxiii. 69. 88. 105. a. b. 107. 115.
ANTIHEBRAISTÆ not. 102.
APOLLONIVS RHODIVS expl. xxxiii.
ARISTÆNETVS emend. 87.
ARISTOTELES expl. 80. sq.
ATHENÆVS emend. 112. 115.
——— *MS.* Bibl. Traject. 115.
AVCTOR *περι της Ομηρου ποιησεως* not. xi.
——— libri Judicum vind. 105.
BENTLEIVS. ab eo dissensum. 89.
BEVERLANDI (HAD.) Opus *MS.* de *prostibulis veterum.* 111.
——— *Otia Oxoniensia MS.* iii.
BIELFELD (M. le Baron de) not. x.
BRVNVS (IORD.) not. 98.
CASAVBONVS (IS.) not. 116.
CATALOGVS *MS.* Codd. MSS. Biblioth. Scorialensis. 112.
CONFIRMATIO Græca *MS.* articulorum quorundam SS. Theol. e. PP. & S. Script. 98.
DACIER (Made.) not. xxxiv.
DIOGENES LAERTIVS vind. 100.
EDITORIS *Syntagma Empedocleum* inedita. 26.
ESAIAS illustr. 77.
EVMELVS Poëta Græcus: ejus opus deperditum vindicatur. 104.
EVSEBIVS emend. 95.
FABRICII. (IO. ALB.) *Syntagma Empedocleum MS.* 96.
GALE (THOMAS) 85.
GERMANICI *Aratea MSS.* 117. emend. 116. 117.
GLOSSÆ GRÆCÆ *MSS.* 69.
——— LATINO-GRÆCÆ *MSS.* 101.
GROTIVS (HVGO) not. 86.
HERACLITI verum dictum vind. 101.
HERMIÆ *Comment. MS. in Platonis Phædrum.* 94. 97. 101. a. b. 109. 116. emend. 101.
HERMOGENES not. vii.
HERODOTVS vind. 106. 107.
HIERONYMVS (S.) emend. 91.
HOLSTENIVS not. 10. 23. 50. 51. 52. alibique.
HOME not. xiv. (v. errata.)
HOMERVS expl. passim.
INSCRIPTIO inedita. 88. 110.
——— expl. 16.
INTERPRES Theodoreti not. 95.
——— Æn. Gazæi not. 96. laud. 103.
——— Porphyrii notatur passim. v. HOLSTENIVS.
IOANNIS Episcopi *Epistola MS. ad Photium.* 93.
IVNII (PATRICII) *Collectanea MSS.* 93. 98.
LOWTH not. vi.
MARMORÆ *Historia Inf. Corcyræ* not. xvii.
MARTIN (Mr.) not. 91. sqq. 98.
MEVRSIVS (IO.) not. 108.
NONNVS Poëta not. 103.
——— Grammaticus not. 111.
NVMENII Opus *MS. περι ὑλης.* 112.
PALÆPHATI quinque Codd. *MSS.* 115.
PALLADIVS emend. 103.
PASCHALIVS not. 121.
PAVLLVS (S.) expl. 103. 110.
PHAVORINVS emend. 97.
PHILO IVDÆVS emend. 119.
PHILOSTRATVS emend. 112. not. 71.
PHRYNICHI ARABII *παρασκευη σοφιστικη MS.* xxiv.
PHVRNVTVS *MS.* 85.
PLATO expl. 94.
PLINIVS tent. 116.
POPE not. xxv.
PORPHYRIVS *de Abst. MS.* 91. emend. ibid. & 108.
——— *de vita Plotini* expl. 92.
POTTERVS not. 57.
PROPERTIVS expl. 16.
PTOLEMÆVS ASCALONITA *MS.* 102.
RAPIN (Mr.) not. vi.
SALMASII *Conjecturæ MSS. in Athenæum.* 112.

SALOMON Rex, expl. 49. 79.
SCALIGER (IVL. CÆS.) not. xxv. xxxii. 76.
——— (IOS.) Ejus *Adversaria MSS.* 110. 117.
——— *Syntagma MS. fragmentorum vett. Philosophorum.* 96. 113.
SCHOLIASTES DIONYSII PERIEGETÆ *MS.* 87.
——— GREG. NAZIANZENI not. 111.
——— HOMERI *MS.* 95. a. b. 102.
——— THEOCRITI *MS.* xxix. 104.
SCHVRTSFLEISCHIVS laud. & not. 104.
SCIOPPIVS not. 98.
SOPHOCLES emend. 115.
SPONDANVS not xxxi. sq.
STEPHANVS (HENR.) not. 100.
TESTAMENTVM SALOMONIS *MS.* 96.
TERTVLLIANVS expl. 97.
THEODORETVS expl. 95. tent. 102.
THEOPHRASTVS vind. 115.
TRISTAN (Mr.) not. 87.
VOLTAIRE (Mr. de) vind. xiv.
VOSSII (IS.) *Adversaria MSS.* 112.
XENOPHON *de Cyropædia MS.* 112. emend. 112.

IN-

INDEX
GRAMMATICVS.

A Græcorum σερητικον non ſemper negativum. 89.
Αβατος. 86.
Αενααντα ὑδατα. XXXII. 9. 13. 57. 69. 101.
Αθανατος. 112.
Αθεος, *qui Deum tutorem non habet.* 109.
Αισθητος. 97.
Ἁλιπορφυρος. XXXI.
Αναθημα. 88.
Animæ μελισσαι dictæ. 108.
Αθαναται appellantur. 112.
Ανταυγειν. 120.
Αντι in compoſitione. 87.
Αντιβλεπειν. 87.
Αντικρυς & αντικρυ. 102.
Αντριαδες Nymphæ. XXIV.
Απορῤῥωγης. 58. 64.
Appoſitiones apud Græcos. 107.
Αρετη. 122.
Αρωγος πονων. 120. 121.
Aſtra. *ad aſtra tolli, ad ſidera efferri,* &c. 112.
Αυτοματος. 120.
ΑΦοραν. 87.
Babylonius. 16.
Βομβος apum. 108. —— αυλων. ibid.
Boreas unde dictus. 118.
Βουγενεις *apes.* 104. 105.
Βουκολειν. 119.
Βουποιητος. 105.
Cereris ſacerdotes μελισσαι dictæ. 108.
Εν δεξια, προς δεξιαν, εκ δεξιων. 115.
Δημιουργος, ειν. 93.
Dii v. *Numina.*
Dona, δωρεα, *munera* Deorum de ipſorum inventis. 102.
Δυνάμεις. 94. 96. 97. 104.
Ἐλειονομοι Nymphæ dictæ. 102.
Εμφερεσθαι & επιφερεσθαι miſcentur. 98.
Εν & εις promiſcue uſurpantur. 121.
Enallage generis. 21.
Εξουσια. 85.
Επερασος. 90.
Επηρατος. XXII.
Επι τινος. 95.
Εργον εϛι, de *re difficili.* 4.
Ερυθρον mel. 105.
Ἑταιρος. 111. 112. & ἑτερος miſcentur. 112.
Etymologiæ ratio qualis ante hoc ſæculum. 118. 119.
ΕΦαλος, εξαλος & ὑΦαλος. 122.
Γαλαξια. 116.
Γεννημα της αμπελου. 102.
Γοηται. 122.
Γοητευειν. 121. 122.
Ηεροειδης. XXII. ſqq.
Θαυμα ιδεσθαι. 68.
Θεολογος. 94. ſq.
Θεωτερος. 69.
יִמבְרִים. 98.
יִנִּים. 99.
Janus & *Januarius* unde. 113.
Induere domum. 103. ſq.
Ἰϛαμενης μεσημβριας. 116.
Καθιερειν. 88.
Καθοδος και ανοδος vel εξοδος των ψυχων· vide ὁδος.
Καταγειον. 97.
Καταῤῥηγνυειν. 95.
Καταβασις και αναβασις ψυχων· vide ὁδος.
Καταβατης. 69. 86.
ΚΕΦαλληνια non κεΦαληνια ſcribendum. 5.
Κοσμος. 88. ſq. unde dictus. 90.
Κρατογενης. 116.
Κρατος. 64. 68.
Κρηναιαι *Nymphæ.* 95. 102.
Κρηναδες *Nymphæ.* 102.
Κυειν & κυεσθαι, *concipere.* 115.
Κυμα, *fœtus.* 115.
Κωπη. 122.
Λαΐνος χιτων. 15.
לבוש. 104.
Λιμναδες *Nymphæ.* 102.
Λιμνακιδες *Nymphæ.* 102.
Μελισσαι ſacerdotes virgines dictæ. 108.
—— nomen propriur feminarum apud Græcos. ibid.
Μελιχροος, *ſubfuſcus.* 107.
מרחפת. 98.
Μεσημβριας ἰϛαμενης. 116.

Najades æquoreæ. XXV. —— απο των ναμα-
των 95. 97.
Nectar mel dictum. 105.
Νεφος de *nebula*. 100.
Νηφαλιοι σπονδαι. 110.
Νοερος. 95.
Νοητος. 97.
Numina apud antiquos ſumuntur de rebus, quibus præſunt, & viciſſim. XXVII. ſq. XXXII. 120.
Nymphæ αντριαδες. XXIV. earum nomina ab aquis. 102. *Nymphæ* & *lymphæ* miſcentur in Codd. XXXIII.
Νυμφαι *nuptæ* dictæ. 101.
Objectiones aliorum tacite orationi intexebant veteres. 49.
Ὁδος animarum ανω & κατω ſenſu Heracliti. 72. 73. 90. 112. 114. apud Perſas. 117.
Οικια & οικημα de *carcere*. 97.
Ὁμιχλη. 100.
Πατηρ de *Deo*. 93.
Πεπλον. 104.
Περιβαλλεσθαι & περιβλημα ampliſſime ſumta. 103. ſq.
Περιμηκης. 68.
Perſes Mithras dictus. 16.
Perſidicus. 16.
Πηγαιαι *Nymphæ*. 97. 102.
Pleonaſmus. 97.
Poëtæ *ſapientes*, σοφοι, dicti. VII. 122.
Ποιητης, ποιειν. 93.
Πορευσιμος. 86.
Ποταμηΐδες *Nymphæ*. 102.
Προφητης. 97. ſq.
Πτυον. 122.
Πυλαι ουρανου. 116.
Πυλων varius uſus. 116.
Ῥησσειν. 95.
απο Σκοπου. 121.
Spectare. 87.
Στοιχεια. 93.
Subſtantivi in compoſito inde adjectivo ellipſis. 86.
Ταυυφυλλος. XX. 64. 68. 76. 80.
Τεκνουσα & τεκνοω. 115.
Tenebræ: locutiones inde derivatæ. 86.
Τιθαιβωσσειν. 104.
Ὑαλος. XXXI.
Veſtes, locutiones inde derivatæ. 103. ſq.
Ὑλη. 89. 101.
Ὑπουλος. 121.
ΥΦαλος. 122.
Φαρος. 68.
Χειροποιητος. 94.
Ψυχαγωγος, ειν, & ια. 96. 116. 117.

IN-

INDEX RERVM.

Ægyptii an cadaveribus cerebrum per nares extraxerint. 106. eorum Calendarium. 113.
Allegorica Homeri interpretatio unde originem habuerit. VIII. ſqq. quam abſurda ſit. XI. XXXIV. vide infra v. Platonici.
Antrum Nympharum an reapſe olim exſtiterit. XX. ſqq. quomodo ſitum fuerit. XXV. ſqq. ejus deſcriptio. XXXIII.
——— Bacchi διθυρον. 25.
Apes melle veſcuntur. 104. βουγενεις. ibid. earum laudes. 110. hominibus comparatæ. 108.
Arbores Diis ſacræ. XIX.
Ariſtæus mellis inventor. XXIX. junge Schol. Ariſtoph. Αριϛαιος δε ὁ Απολλωνος και Κυρηνης, πρωτος την εργασιαν του σιλφιου εξευρεν και του μελιτος· Ovid. Faſt. l. I. *Flebat Ariſtæus, quod apes cum ſtirpe necatas Viderat:* &c.
Artemidorus Geographus. 87
Artemidori varii. 87. 88.
Aſôman Perſarum ψυχαγωγος. 117.
Athletæ ελαιᾳ coronati. 121.
Bacchi ſymbola. 102.
Boreæ amores. 116.
Boreales plagæ homines gignunt feroces &c. 118. —— in borealibus plagis longi homines naſcuntur, at quo magis polo acceſſeris, ſenſim inminuitur ſtatura. ibid. —— an earum incolæ ingenium habeant ſtupidius quam meridionalium & temperati cœli habitatores. ibid.
Chaldæi, Zodiaci inventores. 113. 114.
Cœlus a Saturno caſtratus. 107.
Corcyra inſula. XVII.
Crater in Mithriacis. 108. Crateres donariorum loco poſiti. XXVIII.
Cronius, Philoſophus. 85.
Dæmones crediti cum Lamiis concumbere & σπερματιζειν. 107. eorum tria genera e ſententia Pythagoreorum. 94.
Deſcriptionum in Homero frequentia an vitioſa ſit. XXXVI.
Deus mundi anima. 86.
Dii Ægyptiorum credebantur navigiis inſiſtere. 98. vide Indic. Grammat. v. Numina.
Dolia Jovis apud Homerum. 119.
Empedocles. 96.
Eubuli hiſtoria Mithriaca. 91.
Eumeli an opus περι βουγονιας exſtiterit. 104.
Fabarum abſtinentiam cur Pythagoras juſſiſſe videatur. 110.
Fabulæ veterum Poëtarum quo loco habendæ. XIII. ſqq.
Fellis uſus in medicina. 109.
Fluminum ſcaturigines ſæpe in antris oriuntur. XXXIII.
Frigoris vis in corpora hominum. 118. 119. v. Boreales plagæ.
Heraclitus. 99.
Homerus: quantus ei honor ſemper ſit delatus. VIII. Ejus ſcripta omnis ſapientiæ fons credita. VIII. IX. cur tanti habitus. IX. X. quid de eo cenſendum ſit. X. XI.
Jannes & Jambres. 98. ſq.
Ingenia hominum an reapſe pro ratione cœli differant. 118.
Ithacæ inſulæ brevis deſcriptio. XVIII. ſqq. ejus hiſtoriæ peculiares. 85. quantum ea diſtet a Panormo Cephalleniæ portu. 88.
Lactea via 116. 117.
Laurus Minervæ ſacra 119. 120.
Luna generationi præſes. 108.
Mel Nymphis ſacrum. XXIX. 61. 107. ejus uſus. 61. 104. —— in ſacris. 109. —— in magicis. 117. 118. —— ad purgationes. 105. apum eſca. 104. *nectar* dictum. 105. ερυθρον & roſcidum. 106. 107. ejus ſymbolicæ notiones. 104.
Mercurius ψυχαγωγος. 96.
Minerva ſapientiæ Dea. 120.
Mithra 90. *Perſes* dictus. 16. βουκλοπος. 109. M. ſeu *Mibr* ψυχαγωγος apud Perſas. 117.
Mors: veterum de ea opiniones. 109.
Mundus animabus & dæmonibus plenus. 72. 86. ab aliis æternus creditus 89. ſecundum alios, creatus. 89. 121. σφαιροειδης habitus. 97.
Nebulæ unde oriantur. 100.
Nox Jovis conſiliaria. 107.
Numenius. 111. in SS. verſatiſſimus. 98.
Nymphæ texere creditæ. XXXI. earum varia genera. 61. 97. imagines. XXXIII. 102.
Ὁδος ανω και κατω Heracliti. 72. 73. 90. 112. 114. apud Perſas. 117.

Ori-

Orithyia. 116.
Pandoræ & Epimethei fabula. 119.
Parmenides. 113.
Phorcyn Deus. XIX. 58.
Platonis ſententia de tribus principiis. 89.
Platonici recentiores notati, in Diſſert. paſſim & Animadv. 89. 101. 108. 120.
Poëtarum quantus olim honos fuerit. VII. poëtæ *ſapientes* dicti. VII. 122.
Poëtices propoſitum. VI.
Pori & Peniæ fabula. 107.
Porphyrii laus & vitia. IX.
Portæ Templorum Orientem verſus ſtructæ. 87. —— ſepulcrorum apud Græcos. 87. —— Pyramidis Ægyptiæ. ibid.
Ψυχαγωγος, ειν, ια. 117. —— Mercurius. 96. —— Perſarum. 116.
Principia (duo) contraria e ſententia Empedoclis & Heracliti. 72. tria ſecundum Platonem. 89.
Puritas eorum, qui ad ſacra admittebantur, quadruplex 105.
Saturnalia. 113.
Saturnus Cœlum caſtrat. 107. ipſe caſtratur. ibid.
Solem exhalationibus nutriri veteres credebant. 99.
Spectra. Variæ de illis opiniones. 100. 131.
Spiritum Dei ferri ſuper aquas: Variæ de his verbis ſententiæ. 98.
Syntagma Empedocleum editor molitur. 96.
Templorum portæ Orientem ſpectabant. 87.
Thales defectionem ſolis prædixit. 113.
Zaleuci ætas. 89.
Zetes & Calais. 116.
Zodiaci inventores Chaldæi. 113. 114. Dum hæc ſcribo, adfertur mihi liber recens editus: *Recueil d'Antiquités d'Avenches & de Culm par Mr. Schmidt* a Berne 1760. 4°. quem dum pervolvo, p. 59. Diſſertationem invenio auctoris laudatam, *de Zodiaci noſtri origine Ægyptia*. Bernæ 1760. 8o. at cum nunquam antea de ejusmodi opuſculo inaudiverim, prorſus ignoro, quas contra opinionem meam difficultates cultiſſimus hic vir movere potuerit.

ERRATA.

Præf. p. XXI. *lin.* 4. 5. Indices *&c.*] hæc delenda ſunt. Index autorum alio loco exhibitus eſt: alterum addere opus non videbatur, ob parvam libelli molem.

Diſſ. p. VI. *lin.* 15. manifeſt in] *lege:* manifeſte in

VIII. *prope antepenult.* παρεισει] *lege:* παρεχει

XI. 22. ſcriptus, ut] *lege:* ſcriptus eſt, ut

XIV. *not. b.* a Watkinſono] *lege:* ab Homio

XIX. 5. Echniadas] *lege:* Echinadas

XX. 4. *a fine.* Deſpiciamus] *lege:* Diſpiciamus

XXI. ——— mutatoque] *lege:* mutato

XXX. 10. quibus] *lege:* cui

XXXII. *penult.* ſylveſtia] *lege:* ſylveſtria

XXXIII. obſervatum fuit, aquarum ſcaturigines plerumque in antris oriri: Spectat eo inprimis deſcriptio Antri Corycii in Cilicia apud Strab. l. 14. quicum Melam conferes lib. 1. c. 13. Simile illi antrum itidem Corycium, ſed in Parnaſſo monte poſitum, & Nymphis ſacrum: apud eund. Strab. l. 9. & Pauſan. in Phocicis: ab eo *Corycides Nymphæ* in Ovid. Met. I. v. 320.

XXXVI. *not. a.* Boſſuet] *lege:* le P. Boſſu

pag. 1. *Var. Lect.* 1. *lin.* 3. nos e libris] *lege:* nos ex ed. Rom. 1. & libris

8. 3. γεννητοῦ αἰσθητοῦ] *lege:* γ. καὶ ἀ.

10. *VV. LL.* 7. ἐυτωσι] *lege:* ουτωσι

21. ——— 10. Saturnalibus poſuiſſe] *lege:* Saturnalibus veſtes poſuiſſe.

22. ——— 6. ἀπογενεσεως ο. οἰτ.] *lege:* ἀπογενεσεως (vel ſimpliciter, vel addito ερχομεναις, ελθουσι, ſimil.) ο. οἰτ.

23. 11. οικουμενης] *lege:* οικουμενης,

57. *prope antepenult.* tempeſtuons] *lege:* tempeſtuous

64. *ult.* Agilbæan.] *lege:* Ogilbæan.

68. 29. ἀλιπόρφυρα] *lege:* ἀλιπόρφυρα

—— *not.* 5. imveniet] *lege:* inveniet

89. *a.* 18. Æn. Gazæum p. 92.] *lege:* Æn. Gazæum p. 92. L. Nogarola ad Ocell. Lucan. Cap. II. §. 3.

93. *a.* 12. πταηρ] *lege:* πατηρ

98. *a.* 10. Origines] *lege:* Origenes

——— 36. PETO· επαινω] *lege:* PETO επαινω

——— 46. Faſcic. S.] *lege:* Faſcic. 5.

99. *b.* 29. Ἀσὶρ ὀπωρινῶ] *lege:* Ἄσιρ' ὀπωρινῷ

104. *b.* 14. Plin. l. XI.] *lege:* Plin. l. XI. Geoponic. l. XV. c. 2.

109. *b.* 40. ſuſtina.] *lege:* ſuſtine.

110. *a. prope finem*, Nonni opinionem memoravi: eam Plutarcho tribuit Beröaldus in Symbolis Pythagoricis p. 109. qui hanc in rem meretur conferri.

ibid. *b. ſub finem*, vetus dixi fuiſſe illud placitum de non comedendis fabis; & Amphiaraum etiam, ætate Pythagoræ longe priorem, illis abſtinuiſſe, teſtes ſunt Geoponici lib. 2. cap. 35.

112. *a.* 30. ♒ καὶ ♄.] *lege:* ♒ καὶ ♃.

—— *b.* 19. offerri,] *lege:* efferri,

113. 114. diſputatum eſt de inventoribus Zodiaci, non Ægyptiis, ſed Chaldæis. Luculentum pro Chaldæis eſt teſtimonium Nic. Damaſceni, apud Euſebium: προ της Αβρααμου παρουσιας Αιγυπτιοι τουτων ειχον αμαθως· εκ Χαλδαιων γαρ ταυτ' εφοιτησεν εις Αιγυπτον· ὀθεν ηλθε και εις τους Ἕλληνας. Similia Eupolemus & Alexander Polyhiſtor, apud eundem Euſebium, & quidem πρωτον τον Ἑνωχ ευρηκεναι την αστρολογιαν, ουκ Αιγυπτιους. Alia huc ſpectantia habentur congeſta in libello parvæ molis & rariſſimo, Gr. & Lat. cura F. Parentii apud Rob. Stephanum A. 1616. 8. Pariſiis edito: Τα αποσημειωμενα περι των Αιγυπτιων p. 16. 17.

114. *b.* 12. Judiicariæ] *lege:* Judiciariæ

10216336

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

TRAIECTI ad RHENVM

Typis **GVLIELMI JOANNIS REERS.**

cIↃIↃCCLXV.

10216336

10216336

10216336

XII 88

XXX 18 VI 87